MASTER
NEGATIVE
NO. 92-81127-11

AUTHOR:

PABST, PAULUS

TITLE:

DE ADDITAMENTIS QUAE IN AESCHINIS...

PLACE:

VIMARIAE

DATE:

1880

Master Negative #

92-81127-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ae5 Pabst, Paulus.
DZ De additamentis quae in Aeschinis orationibus inveniuntur. Vimariae 1880. Nar. O. 51p.
Doctor's dissertation at Jena (Ger.) university.

No. 4 of a volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3-1-93 INITIALS Susan
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ADDITAMENTIS
QUAE IN AESCHINIS ORATIONIBUS
INVENIUNTUR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM IENENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS PABST

SONDERSHUSANUS.

VIMARIAE MDCCCLXXX

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA WAGNERIANA.

No 4

DE ADDITAMENTIS
QUAE IN AESCHINIS ORATIONIBUS
INVENIUNTUR.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM IENENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

PAULUS PABST

SONDERSHUSANUS.

VIMARIAE MDCCCLXXX

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA WAGNERIANA.

Male de emendandis Aeschinis orationibus se res habet, quod nullum codicem certum ducem sequi possumus; omnes enim et consulto et casu valde corrupti sunt. Neque id quidem satis constat, cui codici maior auctoritas quam ceteris tribuenda sit, ut homines docti alius alium meliorem esse censeant. Ita libros ***e h k l***, quos Bekkerus in priore secundae orationis parte et initio tertiae fere solos secutus est, Cobetus (Var. Lectt. p. 354) et Weidnerus vel optimos habent, Frankius non multum ad emendationem conferre, Scheibius et Schultzius probos interdum esse, cum interpolatoris manum persaepe ostenderent, contenderunt. Codicibus autem ***a b*** editores ita usi sunt, ut ei, qui ***e k l*** secuti sunt, ***a b*** necessario posthaberent et praeterea Bekkerus vel cod. ***i*** in secunda oratione, Weidnerus ***d F*** in prima codicibus ***a b*** anteponeret, ceteri ***a b*** sequerentur. Antiquissimum vero librum ***F*** (Coislinian. 249), quem Baiterus et Sauppius negligere se non debere putaverunt et Weidnerus in prima oratione cum codice ***d*** alteri generi anteponit (Prolegg. ad or. III p. XXXVI), Cobetus (Nov. Lectt. p. 239) nequissimum et omnium deterrimum esse dicit. Diversissimae igitur de codicum auctoritate sunt sententiae neque ullum habemus, quem omnes ceteris meliorem esse consentiant, quae res emendationem valde impedit. Itaque aliam viam ingrediendam esse puto atque adhuc factum est. Editores enim auctoritatem codicum e numero vitiorum aestimare solebant, non accurate quaerere, quae genera vitiorum in singulis codicibus inessent. Tamen magnopere differt, utrum ab homine prudenti an imprudenti, utrum consilio an negligentia et inscitia codex corruptus sit, cum ea, quae consulto mutata sunt, difficiliora sint ad reperiendum quam ea, quae inscitia. Quo fieri potest, ut codicem, qui plurima menda prae se fert, anteponamus codici, in quo pauca quidem cognoscere licet, sed vestigia prudentis interpolatoris insunt. Atque haec perquirendi ratio optima

1

videtur esse, si codices, ut in Aeschine fit, additamentis depravati sunt. Ex eis enim certius quam ex aliis vitiis cognosci potest, quo modo ei, qui manuscriptis operam dederunt, ea tractaverint. Itaque in eis, quae sequuntur, additamenta codicum colligamus et classes eorum constituamus quaesituri, quaenam in ea re auctoritas cum reliquis codicibus tribuenda sit tum antiquissimo illi codici ***F***, de quo uno omnium minime inter homines doctos convenit.

Qua quaestione instituta etiamsi non contigerit, ut ullum codicem reperiamus, qui multo ceteris omnibus melior sit, tamen certe eum fructum percipiemus, ut cognoscamus, quibus in rebus singulis codicibus credi possit et quibus in rebus diffidere debeamus. Sed multis locis cavendum est, ne additamenta esse putemus, quae vera scriptoris verba sunt. Itaque tantum ea colligamus, de quibus per sententiarum rationes dubitari non potest; nam primum grammaticae leges tantum indicant locum corruptum esse, non autem, num quid delendum sit; deinde propriam Aeschinis rationem dicendi parum novimus, quod librarii in scribendo suo quisque sermone usi sunt neque liber Aeschinis tantus est, e quo certum iudicium de tota eius scribendi consuetudine fieri possit. Quare haec auxilia non adhibebimus nisi aliae sunt causae in sententiarum nexu positae.

Sed ut iam ad quaestionem ipsam accedamus, primum additamenta primae orationis colligamus ac primo quidem loco ea, quae omnibus libris communia sunt. — § 5 codices verba exhibent: *φυλακτέον δὴ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, ὑμῖν δὲ τοῖς τὴν ἴσην καὶ ἔννομον πολιτείαν ἔχουσι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἢ λέγοντας ἢ βεβιωκότας κολάζειν* (cod. ***l:*** *κολάζετε*, cod. ***Abb.:*** *κολαζόντων*). Wolfius et Taylorus *προσήκει* addiderunt, Frankius et Benselerus e voce *φυλακτέον* mente suppleri volunt *δεῖ* vel *προσήκει*, quod Scheibius in Jahni Annall. XII vol. 35 p. 123 reiecit. Sed *κολάζειν* omnino ferri non posse sententiarum nexus docet. Aeschines enim dicit rem publicam, in qua in populo omnia sint, legibus servari, tyrannos suspicione et armis, itaque his cavendum esse ab eis adversariis, qui vim faciant, Atheniensibus ab eis, qui leges despiciant *λέγοντες ἢ βεβιωκότες*. Addit, quo modo Athenienses id cavere debeant. Primum enim bonas leges sanciendas esse, deinde

ἐπειδὰν δὲ, inquit, *νομοθετήσωμεν, τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις πείθεσθαι (προσήκει), τοὺς δὲ μὴ πειθομένους κολάζειν κτλ.* Si igitur supra verbo *βεβιωκότας* adiicimus *κολάζειν*, idem bis dicitur. Itaque delendum est hoc verbum, quod aliquis e § 6 adscripsit, cum accusativos *λέγοντας* et *βεβιωκότας* cum voce *φυλακτέον* coniungendos esse nesciret. — In initio § 8 Aeschines exponit, quo ordine de legibus dicturus sit. ***Πρῶτον** μὲν γὰρ*, inquit, *διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους, οἳ κεῖνται περὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, ἔπειτα δεύτερον τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν·* sequuntur verba: *οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων*, quae Bekkerus uncis inclusit, editores Turicenses et Frankius et Schultzius et Weidnerus sustulerunt. Benselerus autem ea ita defendit: Da sie jedoch den eigentlichen Inhalt der Gesetze enthalten und die Worte *περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν* fast auf alle übrigen irgend noch vorhandenen Gesetze bezogen werden könnten, so sind sie nichts weniger als überflüssig, wie sie denn auch alle Handschriften haben. Sed iam supra § 7 leges *περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν* definitae sunt verbis *οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων* et Aeschines ipse promittit se eodem modo usurum esse oratione, quo legum auctorem legibus, ut auditores illorum verborum facile reminiscentes de aliis legibus cogitare nequeant neque magis ea repeti necesse sit quam post *περὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων* illa, quibus Aeschines § 7 leges *περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων* descripsit: *ἃ χρὴ — — — — τραφῆναι.* Praeterea vero § 7 verba *οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων* non modo definitio esse mihi videntur, sed similiter ac § 20: *μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθεὶς* etiam insectationem ut ita dicam Timarchi, qui in rebus publicis versabatur, in se continere. Cui artificio vis demeretur, si post paucos versus repeteretur. Dubitari igitur non potest, quin additamentum sit. Interpolator fortasse, quod fere eadem verba ac supra § 7 invenit § 8, etiam hoc loco *οὐ μόνον .... τῶν ῥητόρων* eis adscribendum esse putavit. — § 8, ut vidimus, Aeschines primo loco docet, quo ordine de legibus locuturus sit, deinde *ἅμα δὲ καὶ*, inquit, *βούλομαι, ὦ Ἀθηναῖοι, προδιεξελθεῖν πρῶτον πρὸς ὑμᾶς, ὡς ἔχουσιν οἱ νόμοι περὶ τῆς πόλεως, πάλιν δὲ μετὰ τοῦτ' ἀντεξετάσαι τοὺς τρόπους τοὺς Τιμάρχου·* Sauppius, qui §§ 37 et 196 affert, *περὶ τῆς πόλεως* delet, ceteri retinent, Weidnerus *περὶ σωφροσύνης τῇ πόλει* coniicit. Si verba retinemus,

aut coniungenda sunt cum verbis *οἱ νόμοι*: at leges non sunt de re publica, sed de educatione; aut cum verbis *ὡς ἔχουσι*. Ita Scheibius in Jahn. Annall. vol. 35 p. 125 structuram intelligi vult, cum *οἱ νόμοι περὶ τῆς πόλεως* dici non possit, sed tantum *οἱ νόμοι οἱ περὶ τῆς πόλεως*, et affert verba Frankii, qui locum ita explicat: „quo modo circa civitatem se habeant i. e. quo modo civitati prospiciant, quam utilitatem civitati habeant. Hoc ipsum vero orator deinde exponit.“ Tamen Aeschines verbis usus non est. Nam in eis, quae sequuntur, minus de utilitate dicit, quam illae leges habeant civitati, quam omnino eas bonas esse. Inspicias quaeso § 14: *σκέψασθε δὴ ὡς καλῶς, ὦ Ἀθηναῖοι, ζῶντος μὲν αὐτοῦ ἀφαιρεῖται τὴν ὄνησιν τῆς παιδοποιίας, ὥςπερ ἐκεῖνος τοῦ παιδὸς τὴν παρρησίαν, τελευτήσαντα δ' αὐτὸν, ἡνίχ ὁ μὲν εὐεργετούμενος οὐκέτ' αἰσθάνεται ὧν εὖ πάσχει, τιμᾶται δ' ὁ νόμος καὶ τὸ θεῖον, θάπτειν ἤδη κελεύει καὶ τἆλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα.* Quid hoc loco de utilitate civitati praebita dictum est? Conferas etiam § 20, § 24, § 28, § 36. Omnibus his locis orator notionem *καλῶς* legibus tribuit, nusquam *περὶ τῆς πόλεως* vel aliquid huius modi addit. Tantum uno loco § 11 legimus: *ὁ νομοθέτης ἡγήσατο τὸν καλῶς τραφέντα παῖδ' ἄνδρα γενόμενον χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πόλει.* Sed gravissimi sunt illi loci § 37: *ἐπειδὴ περὶ τῶν νόμων εἴρηκα* et § 196: *ἐδίδαξα τοὺς νόμους*, ubi ea, quae §§ 9—36 tractata sunt, paucis comprehenduntur. Non igitur quam utiles civitati, sed omnino quam bonae sint leges, orator ostendere vult. Etiam Dahmsius (Jahn. Annall. vol. 93) in his verbis offendit et, quod non intelligit, unde ea orta sint, *τοὺς νόμους τῆς πόλεως* scribi vult, ut §§ 18 et 39, ubi *τοὺς νόμους — τῆς πόλεως* exstat. Sed in his §§ omnino de legibus rei publicae agitur, § 8 autem de illis legibus prioribus §§ iam notis: *οἳ κεῖνται περὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, ἔπειτα δεύτερον τοὺς περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν*, ut *τῆς πόλεως* supervacaneum sit. Quo vero iure Weidnerus coniecerit *περὶ τῆς σωφροσύνης τῇ πόλει*, non video. Quae si in codice invenissem, interpolatoris esse suspicatus essem. Additamentum autem inde videtur factum esse, quod aliquis, qui supra legit: *τοὺς νόμους, οἳ κεῖνται περὶ τῆς εὐκοσμίας........τοὺς περὶ τῶν μειρακίων........ τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν*, hoc loco simile aliquid omissum esse putavit et, cum nesciret, quid rectius adderet, vulgarem notionem *περὶ τῆς πόλεως* apposuit. Conferas or. III § 207, ubi codices

c d F q Barb. post *ἔξω* similiter addiderunt *τῆς πόλεως.* — § 55 verba *ὁ τοῦτον ἀνειληφώς* delenda esse Hamakerus in Mnemosyn. vol. VII p. 455 recte monet. Ab hac enim denique § Aeschines de Hegesandro loqui incipit neque usquam antea indicat Timarchum ab eo in domum suam receptum esse, sed postea demum § 57. Aliquis sententiam ex eis, quae sequuntur, sumens aut imitatus est, quae legimus § 43: *Μισγόλας ὁ τοῦτον ἀνειληφώς*, aut verba ipse composuit exemplo non usus. — § 128 Aeschines de cultu Famae agit et commemorat haec: *εὑρήσετε καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν (ὑμῶν) καὶ τοὺς προγόνους φήμης ὡς θεοῦ μεγίστης βωμὸν ἱδρυμένους καὶ τὸν Ὅμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα κτλ.* De qua re Pausanias libr. I c. 17 § 1 narrat: *καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφισιν* (Atheniensibus) *βωμός ἐστι καὶ Φήμης καὶ Ὁρμῆς*, et scholiasta ad Aeschinem: *Ἀθήνησίν ἐστι βωμὸς Φήμης* (**Vat. Laur. m q**). *Ἄλλως· Κίμωνος ἐν Παμφυλίᾳ νικήσαντος ναυμαχίαν καὶ πεζομαχίαν ὕστερον αὐτοῦ διὰ γραμμάτων τὴν νίκην σημήναντος· ὅθεν πρῶτον καὶ βωμὸν τῇ Φήμῃ ὡς θεῷ ἀνιδρύσαντο* (**Vat. Laur. g m q**). Unam igitur aram et eam post proelium ad Eurymedontem a. 466. commissum Famae Athenienses consecraverunt, qui Aeschinis aetate iure maiores nominari possunt, ut *τὴν πόλιν* idem significet, quod *τοὺς προγόνους*. Ob eam rem ne Isocratis quidem or. *περὶ ἀντιδόσεως* § 61 nec Dinarchi or. *κατὰ Δημοσθένους* § 16 comparari potest. Sed cave putes *προγόνους* hoc loco de omnibus Graecis dici, qui Famae aram posuerint, *τὴν πόλιν* autem tantum de Atheniensibus. Nam cum sciamus etiam notione *τὴν πόλιν* hoc loco maiores significari, hi Atheniensium maiores opponi nequeunt maioribus Graecorum, quoniam Athenienses ipsi Graeci erant. Itaque Hamakerus in Mnemosyn. vol. VII p. 457 locum leviter depravatum et scribendum esse putat: *κἂν τῇ πόλει ἡμῶν τοὺς προγόνους*, quod una deae ara posita sit a maioribus in urbe. Sed haec depravatio mihi adeo non videtur levis esse, ut multo facilius de additamento cogites. Sed quaeritur, utrum *καὶ τὴν πόλιν* additum sit an *καὶ τοὺς προγόνους*. Frankius „mihi“, inquit, „Aeschines neque verba *καὶ τοὺς προγόνους* addidisse et *ἱδρυμένην* scripsisse videtur“. At cur non potius *καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν* delet? Quod si facimus, primum *ἱδρυμένους* non mutatur, deinde facilius intelligitur, unde additamentum ortum sit. Nam *καὶ τὴν πόλιν* quid significet, dubitari nequit, contra si *τοὺς προγόνους* exstabat, facile aliquis, qui Athenienses

aram post pugnam ad Eurymedontem factam consecravisse scivit, *τὴν πόλιν ἡμῶν* adscripserit, ne quis de omnibus Graecis cogitaret. Deinde librarius particula *καὶ* apposita vocem in structuram recepit. Itaque Schultzius verba *καὶ τὴν πόλιν* recte mihi videtur delere, quamquam causam, cur id fecerit, non addit.

Haec sunt additamenta primae orationis, quae omnes codices eodem modo exhibent. Quamquam autem mihi propositum est, ut tantum additamenta tractem, de quibus dubitari non potest, tamen facere non possum, quin, ne quid omisisse videar, voces commemorem, quas homines docti additas esse perperam statuerunt. Velut § 175 Frankius, Weidnerus, Schultzius post verba *ὧν δ᾽οὐκ ἦσαν* tollunt *κριταί*. Tamen optime dictum est. Demosthenes enim ita dicere fingitur: *ἀπαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς* (iudices) *ἀπὸ τῶν περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον καὶ Φίλιππον καὶ Φωκέας καὶ φόβους ἐπήρτησα τοῖς ἀκροωμένοις. ὥσθ᾽* .... *οἱ δὲ δικασταί, ὧν μὲν ἦσαν δικασταί, ἐπελάθοντο, ὧν δ᾽ οὐκ ἦσαν κριταί, περὶ τούτων ἤκουον.* Iudices igitur obliti sunt, quarum causarum iudices essent, et se gesserunt pro arbitris earum rerum, quarum arbitri non erant, rerum accusatoris, Philippi, Phociorum. Quid in hac re offensionis inest?

Iam de duobus additamentis disputemus, quae omnes codices exhibent, sed ex genere ***dF***, ut brevitatis causa hoc signo utar, cognoscere licet. — § enim 75 Aeschines dicit, quod de aliis hominibus impudicis, quamquam non perspiciatur, quid agant, iudicandum sit, idem de Timarcho dicendum esse. Codicibus ita pergitur: *ἐπεὶ πρὸς θεῶν τί δεῖ* (***d F h o q Barb. Abb.***: *χρή*) *λέγειν, Τίμαρχε, ἢ τί σὺ* (***d F h Barb. Abb.***: *τί* pro *ἢ τί σύ*) *ἂν εἴποις αὐτὸς περὶ ἑτέρου ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ κρινομένου; ἢ τί χρὴ λέγειν, ὅταν μειράκιον νέον καταλιπὸν τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ, τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον καὶ πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῇ ἀσύμβολον καὶ αὐλητρίδας ἔχῃ καὶ ἑταίρας πολυτελεστάτας καὶ κυβεύῃ καὶ μηδὲν ἐκτίνῃ αὐτὸς ἀλλ᾽ ἕτερος ὑπὲρ αὐτοῦ;* Editores verba *τί δεῖ λέγειν, Τίμαρχε, ἢ τί σὺ ἂν εἴποις* cum verbis *περὶ ἑτέρου ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ κρινομένου* arte coniungere et ea, quae sequuntur: *ἢ τί χρὴ λέγειν, ὅταν κτλ.* ab eis, quae antecedunt, interpunctione seiungere solent, ut enunciatum ita intelligatur: quid dicendum est aut quid tu dixeris, Timarche, de homine; qui hoc crimine postulatur? aut quid dicendum est, si puer ea agit,

.... quae sequuntur. Sane hoc modo repetitio eiusdem notionis vitatur. Sed Aeschines non quaerit, quid dicendum sit, si quis hoc crimine accusetur, quid enim sibi vellet? sed si cui hoc crimine accusato talia sceleris indicia haereant, qualia verbis *ὅταν — ὑπὲρ αὐτοῦ* continentur. Verba igitur *ἐπεὶ πρὸς θεῶν τί δεῖ — ἀλλ᾽ ἕτερος ὑπὲρ αὐτοῦ;* artissime cohaerent et *τί δεῖ λέγειν* idem est ac *τί χρὴ λέγειν*. Ob eam causam Sauppius „*ἢ τί*," inquit, „*χρὴ λέγειν* malim abesse, quae orta putem e dittographia eorum, quae v. 3 (edit. Turic.) leguntur, ubi *χρὴ* est in ***d F h***." Ego superius *τί δεῖ λέγειν ἢ σὺ* deleri malim, primum quod hoc loco altera codicum pars *χρή*, altera *δεῖ* exhibet, deinde quod ***d F h Barb. Abb.*** *ἢ σὺ* omittunt. Dittographia etiam mihi videtur esse, eo, qui archetypum scripsit, a pronomine *τί* ante *ἂν* ad illud ante *χρὴ* oculis aberrante. Videmus autem genere ***dF*** errorem ad verbum servatum esse, in genere vero ***ab***, quod signo, cum pro *χρὴ* scriberetur *δεῖ* et *ἢ σὺ* adderetur, verba esse correcta. — § 127 orator exponit, de rebus mutis nunquam eosdem sermones fieri, sed quicunque eas attingat, eum pro suae famae magnitudine famam illis excitare. Pergit: *περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ τὸν λόγον* (*καὶ λόγον*: ***d F h q Barb. Abb.***) *καὶ τὰς πράξεις* (*καὶ τὸν λόγον* post *πράξεις*: ***l***) *ἀψευδής τις ἀπὸ ταὐτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν.* Quin notio *καὶ τὸν λόγον* additamentum sit, non dubito. Nam et antea inde a § 123 orator id tantum ostendit, famam ex eis oriri, quae homines agant, non quae loquantur, ac ne postea quidem *καὶ λόγους* vel tale quid appositum est. Conferas, quod subsequitur: *διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις* et infra § 129: *καὶ τούτων τῶν ποιημάτων τοὺς μὲν εὐσχημόνως βεβιωκότας εὑρήσετ᾽ ἐπαινέτας ὄντας* .... *οἷς δ᾽ αἰσχρός ἐστιν ὁ βίος, οὐ τιμῶσι τὴν θεὸν ταύτην.* Quare assentior C. Scheibio (vide Jahn. Annall. vol. 35 p. 138), cui, quod in ***dF*** articulus omittitur, vox ex eis, quae antecedunt: *τῆς αὐτοῦ δόξης λόγον παρέχει* in hunc versum videtur irrepsisse. Ergo etiam hoc loco genere ***dF*** additamentum indicatur.

Haec additamenta omnibus sunt codicibus communia. Iam transeamus ad ea, quibus alterum codicum genus corruptum est, alterum non est. Ac primum quidem dicam de genere ***dF***. Sed cum liber ***F*** secunda manu retractatus sit, ante omnia monendum est eam meliorem esse quam priorem, nam multa quidem, tamen nusquam falsa addidit. Conferas quaeso § 111: *θαυμασάντων δ᾽ ὑμῶν*,

πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ, quae verba in codice ***d*** et a priore manu in ***F*** omissa sunt, et § 156: τῶν πολιτῶν ἀλλὰ καὶ, quae omissa sunt in ***t Abb.*** et pr. ***F***, et § 118: καὶ τὰ μὴ καλὰ, quae in ***Abb.*** et pr. ***F*** sunt omissa; deinde § 107: οὐδένα, quod omisit pr. ***F***, § 159: ἀλλὰ, quod in ***t Abb.*** et pr. ***F*** non scriptum est. Nec minus recte sec. m. cod. ***F*** § 96 οὐσίαν et § 150 ἂν adiecit et § 176 ἀλλὰ, etsi καὶ delere neglexit. Optime autem in fine § 13 vocem νόμος sustulit, quam ***Abb.*** et pr. ***F*** post ποιείτω τὰ νομιζόμενα exhibent. Unde mendum ortum sit, ut hoc commemorare mihi liceat, dubitari potest: aut enim quispiam voce νόμος indicare voluit his verbis § 13 legem contineri, aut νόμος, ut subiectum intelligeretur, e verbis: διαῤῥήδην οὖν λέγει ὁ νόμος ad posteriora verba § 14: κελεύει καὶ τἆλλα ποιεῖν τὰ νομιζόμενα adscriptum erat et in superiorem locum irrepsit. Utro autem modo se res habet, id manifestum est, additamentum casu in verba illatum esse, cum in structuram non receptum sit. Sed accedamus ad illa additamenta generis ***dF***, quae sec. manus cod. ***F*** non correxit. — Inepte verbis inferri particulam καὶ § 74 ante τὸν εἰσεληλυθότ' ὅστις ἦν in codicibus ***dFh Abb.***, § 127 ante ἀψευδής in codicibus ***d F h q Barb. Abb.***, et pronomen αὐτοὺς § 134 post vocem υἱεῖς in ***d F Barb. Abb.*** primo obtutu patet. Pluribus verbis loci, qui sequuntur, tractandi sunt. — § 72 Aeschines exponit neminem unquam testimonium dicturum esse, quo ipse periculum subeat . οὐκοῦν, pergit § 73, ὑπόλοιπόν ἐστι τὸν πεπονθότ' αὐτὸν ὁμολογεῖν . ἀλλὰ διὰ τοῦτο κρίνεται, ὅτι ταῦτα πράξας παρὰ τοὺς νόμους ἐδημηγόρει . βούλεσθ' οὖν τὸ ὅλον πρᾶγμ' ἀφῶμεν καὶ μὴ ζητῶμεν; νὴ τὸν Ποσειδῶ καλῶς ἄρα τὴν πόλιν οἰκήσομεν, εἰ, ἃ αὐτοὶ ἔργῳ ἴσμεν γιγνόμενα, ταῦτ' ἐὰν μή τις δεῦρο παρελθὼν σαφῶς ἅμα καὶ ἀναισχύντως μαρτυρήσῃ, διὰ τοῦτ' ἐπιλησόμεθα. Post μαρτυρήσῃ librarii codd. ***d F h q Barb. Abb.*** falso addiderunt αὐτὸς. Orator enim enunciato νὴ τὸν Ποσειδῶ — ἐπιλησόμεθα monet male rem publicam administrari, si iudices, quae ipsi facta esse sciant, quod nemo testimonium dicat, obliviscantur. Atque Aeschinem verba ἐὰν μὴ — μαρτυρήσῃ omnino de testimonio non dicendo intelligi voluisse, etiam inde apparet, quod, postquam § 74 exemplum hominum impudicorum attulit, § 75 οὐκοῦν, inquit, τὸν αὐτὸν τρόπον προσήκει ὑμᾶς περὶ Τιμάρχου ἐξετάζειν, καὶ μὴ σκοπεῖν, εἴ τις εἶδεν, ἀλλ' εἰ πέπρακται τούτῳ ἡ πρᾶξις. Pronomine autem αὐτὸς addito sententia ita definitur, quasi Aeschines dicere voluerit male rem

publicam administrari, si iudices, quae ipsi scirent, quod reus ipse testimonium non diceret, obliviscerentur. Aliquis, qui verba tantum ad ea, quae § 73 dicta sunt, hoc est ad testimonium Timarchi, spectare opinatus est, pronomen videtur adscripsisse ex eis, quae antecedunt: οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστι τὸν πεπονθότ' αὐτὸν ὁμολογεῖν. Utrum autem glossema in margine positum negligentia cum verbis coniunctum an consulto in ea illatum sit, diiudicari nequit. — § 191 scriptum est: ἀλλ' αἱ προπετεῖς τοῦ σώματος ἡδοναὶ καὶ τὸ μηδὲν ἱκανὸν ἡγεῖσθαι, ταῦτα πληροῖ τὰ λῃστήρια, ταῦτ' εἰς τὸν ἐπακτροκέλητ' ἐμβιβάζει, ταῦτ' ἐστιν ἑκάστῳ Ποινή, ταῦτα παρακελεύεται τοῖς νέοις σφάττειν τοὺς πολίτας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συγκαταλύειν τὸν δῆμον. Tantum codices ***a b g l m Vat. Laur.*** τοῖς νέοις omiserunt, quod recte fecerunt, nam de omnibus vitae hominum aetatibus agitur neque quisquam adulescentes solos illa scelera committere affirmaverit. Quispiam adscripsit, quod in fine § verba καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματ' ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε invenit. — Post § ultimam orationis codices ***d F h q Barb. Abb.*** addunt: εἰ οὖν βουλήσεσθε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ἱμῶν ποιησόντων φιλοτιμότερον ἡμεῖς ἕξομεν τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν. Priori sententiarum nexui verba non repugnant neque in structura eorum offenditur, sed quotiescunque ea cum conclusionibus trium orationum comparavi, ex eis mihi videbantur composita esse. Verba enim εἰ οὖν βουλήσεσθε respondent verbis alterius orationis § 183: ἐὰν οὖν ἐθελήσητε, deinde eadem verba τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα leguntur in or. III sub finem § 260, tum verbum ἐξετάζειν pr. or. § 196 exhibet, denique sententia, quae inest in verbis: φιλοτιμότερον ἡμεῖς ἕξομεν τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν, est similis sententiae or. II § 183: πολλοὺς βοηθοὺς λήψεται τὸ τῆς πόλεως συμφέρον καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ ὑμῶν ἑτοίμους. Huc accedit, quod iam scholiasta verba in aliquo libro abesse dicit. Itaque ea ab rhetore exercitationis causa composita et ultimae orationis schedae mandata a librariis inscientibus una cum oratione descripta esse sumo. Nam sola fallendi voluptate, quamquam causa non adest, ut aliquid desideretur et supplendum videatur, aliquem vera verba corrumpere studuisse, nisi certa indicia inventa sunt, non oportet putemus.

Haec sunt additamenta, quae in genere ***dF*** per sententiarum rationes falsa esse apparet. Iam de loco loquamur, quem editores in ***dF*** additamentis corruptum esse falso statuerunt. — § 49 libri

a b haec tradiderunt: *ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες προφερεῖς καὶ πρεσβύτεροι φαίνονται, ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες παντάπασι νέοι*, quibus verbis codices ***g l m o p r Vat. Laur.*** adiunxerunt *φαίνονται*, ***d h q*** (Steph. Bek.) *δοκοῦσιν εἶναι*, ***F Barb. Abb.*** *δοκοῦντες εἶναι*. Hoc tempore editores libros ***a b*** sequuntur. Sed rectius *δοκοῦσιν εἶναι* scribi mihi cum Reiskio persuasum est. Locus enim iam in archetypo videtur corruptus fuisse, cum cogitari nequeat, primum duorum librarios codicum generum idem simplex enunciatum explicare voluisse, altero *δοκοῦσιν εἶναι* altero *φαίνονται* adiiciente, deinde alterum librarium voci *νέοι* explicandi causa *δοκοῦσιν εἶναι* adscripsisse, quamquam antecedit *φαίνονται*. Itaque sic statuo: in archetypo *δοκοῦσιν εἶναι* exstitit et superscripserat aliquis *φαίνονται*, quo significaret in *δοκοῦσιν εἶναι* eandem notionem esse ac supra in *φαίνονται*. Inde codices ***d h q*** *δοκοῦσιν εἶναι* receperunt, ***g l m o p r Vat. Laur.*** *φαίνονται*, ***a b*** autem dubium locum, quod sententia sine eo bene intelligeretur, omiserunt, ita ut cod. ***a*** § 65 negationem *οὐ* post *ἤ τίς* expunxit. ***F Barb. Abb.*** denique *δοκοῦντες εἶναι* exhibent, quod scriptor codicis, ex quo libri illi manaverunt, hoc verbum superiori *φαίνονται* coniungendum esse et id superscripto *φαίνονται* indicari putavit. Atque in archetypo *δοκοῦσιν εἶναι* fuisse etiam e scholiis, quae libris ***g m*** adscripta sunt, colligere possumus, cum vocem *προφερής* ita interpretentur: *προφερὴς ὁ νέος μὲν ὤν, πρεσβύτερος δὲ φαινόμενος. τὸ δ' ἐναντίον σκληφρός, ὃς πρεσβύτερος ὢν νέος δοκεῖ*. Neque hoc fusum dicendi genus sermone Aeschinis alienum est, ut ostendunt verba or. II § 28: *ὥστε συμβαίνει σοι καὶ ἰδίᾳ τῶν παίδων τούτων γεγενῆσθαι ἀδελφῷ καὶ δημοσίᾳ φίλῳ ἡμῖν εἶναι*, sed parum, ut opinor, critici huius aetatis verborum Quintiliani rationem habent, qui (in Institutt. or. libr. X c. 1 § 76) „Plenior", inquit, „Aeschines et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est: carnis tamen plus habet, minus lacertorum".

Hac digressione facta iam ad propositum revertamur et, quae in genere ***ab*** interpolata sint, quaeramus. — § 33 codices praeter ***d F t Barb. Abb.*** exhibent: *Ταῦτα μὲν οὖν πάλαι νενομοθέτηται· ὑμεῖς δ' ἔτι προσέθεσθε καινὸν νόμον μετὰ τὸ καλὸν παγκράτιον, ὃ οὗτος ἐπαγκρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὑπεραισχυνθέντες γὰρ ἐπὶ τῷ πράγματι καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν νόμον ἐθήκατε καινὸν ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα, ἥτις προεδρεύσει*. Sauppius in Epist. crit. ad God. Herm. p. 125 tam clare demonstravit particulam *γὰρ* et verba *νόμον ἐθήκατε καινὸν* delenda esse, ut omnes editores postea in eandem sententiam iverint et rem retractare supervacaneum sit. Hoc unum addam verba casu in versus incidisse eo, quod, cum inter verba margini adscripta exstarent, a librario pro Aeschinis verbis habita sunt et coniuncta cum *αἰσχυνθέντες* et cum *ἐκκλησίαν*, quae versuum proximorum videntur fuisse extrema. Neque enim quisquam talem interpretationem grammaticam consilio et sola fallendi libidine verbis intexit. — § 116 codices ***d F Barb. Abb.*** tradiderunt *ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν οἷς ἐγὼ μέλλω λέγειν προσέχειν τὴν γνώμην* (etiam ***h q***) *καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς*, ceteri autem: *ὑμᾶς τε βουλοίμην ἂν* (*ἂν* ***o*** omisit) *ἀκοῦσαι ἐφ' οἷς ἐγὼ μέλλω λέγειν καὶ προςέχειν τὸν νοῦν καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς*. Notionem verbi *ἀκοῦσαι* iam contineri verbis *προςέχειν τὸν νοῦν καὶ παρακολουθεῖν εὐμαθῶς* per se patet; itaque, cum accedat, quod *ἀκούειν ἐπὶ λόγοις* non dicitur, genere ***dF*** affirmante verba *ἀκοῦσαι ἐφ'* et *καὶ* post *λέγειν* tollenda sunt. Ortum autem esse vitium e § 117, non intelligo, cur Schultzius opinatus sit. Neque enim sufficit, quod forte in ea § *ἀκούω* sequitur. Mihi quispiam *ἀκοῦσαι* videtur addidisse, ut bene responderet eis, quae antecedunt: *ἐμαυτόν τ' εἰπεῖν;* inde etiam praepositio *ἐφ'* nata fuerit. Utcunque vero se res habet, id quod superiore loco non verisimile erat, hoc loco manifestum est, consulto spuria verba veris inculcata esse. — § 138 verba exstant: *οἱ γὰρ πατέρες ἡμῶν, ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν, ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντ' εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν*. Quae libri ***d F t Barb. Abb.*** omittunt: *κακῶν καὶ ἀγαθῶν* (***q*** in margine adscripsit), Scheibius (Jahn. Annall. vol. 35 p. 139), quod explicandi causa apposita esse videantur, uncis vult includi, Hamakerus vero (Mnemosyn. vol. VII p. 458) delet. Is „veteres", inquit, „*τὰ ἐκ φύσεως ἀναγκαῖα*, in quibus nihil est boni vel mali, non solent appellare *κακὰ καὶ ἀγαθὰ* sed simpliciter *τὰ ἀναγκαῖα*". Quam rationem non probo. Nonne enim eorum, quae natura necessaria sunt, etiam veteres alia occulte alia palam agebant, prout mala aut bona ea esse sentiebant? Tamen ne ego quidem verba retinuerim. Ita enim ut posita sunt, notio boni et mali tantum eis, quae natura necessaria sunt, coniungitur neque ad *ἐπιτηδεύματα* refertur; sed etiam negotia aut bona aut mala esse quis negat? Itaque verba *κακῶν καὶ ἀγαθῶν*,

cum non ad utramque notionem spectent, auctoritate codicum ***d F t Barb. Abb.*** inducenda sunt. Additamentum autem a margine in versus irrepsisse indicat codex *q*, qui id in margine servavit. — § 143 hoc enunciatum scriptum videmus: *λέγει γάρ που Ἀχιλλεὺς .... ὅτι τὴν ὑπόσχεσιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα τὸν Πατρόκλου, τὸν Μενοίτιον, ἄκων ἐψεύσατο· ἐπαγγείλασθαι γὰρ αὐτὸν εἰς Ὀποῦντα σῶν ἀπάξειν τὸν πάτροκλον· ἦν γὰρ ὀπούντιος, εἰ συμπέμψειεν αὐτὸν εἰς τὴν Τροίαν καὶ παρακατάθοιθ' αὑτῷ.* Libri ***d F t Barb. Abb.*** pronomen *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι γὰρ* omiserunt et ***d F h q Barb. Abb.*** *τὸν πάτροκλον· ἦν γὰρ ὀπούντιος*, post *ἀπάξειν*. Verba *ἦν γὰρ ὀποίντιος*, quae primum in editione Turicensi absunt, Aeschinem non dixisse, quod, si adiecisset, in ipsum cecidisset, quod paucis versibus ante in adversarios coniecisset, venditare eos doctrinam *ὡς τῶν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων* (§ 141), Hamakerus in Mnemosyn. vol. VII p. 458 recte monuit. Ac mihi quidem videntur ea in margine addita et negligentia in verba illata esse. Utrum autem aut *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι* aut *τὸν Πάτροκλον* post *ἀπάξειν* an neutrum tollendum sit, in extrema disputatione quaeram.

Hi sunt loci, quibus in genere ***ab*** falsa adscripta esse liquet. Ne autem iniqui simus, addere mihi liceat locum, ubi certum est genus ***ab*** recte exhibere, quod ***dF*** falso omittit. — § 178 Aeschines causas affert, cur leges bene se habeant; *ὅτι*, inquit, *τοὺς μὲν νόμους τίθεσθ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, οὔτε κέρδους ἕνεκ' ἀδίκου οὔτε χάριτος οὔτε ἔχθρας.* Libri ***d F Barb. Abb.*** *οὔτε χάριτος* male praetermiserunt, cum in numero causarum, e quibus leges bonae existunt, illa, quod leges non propter gratiam constituuntur, gravissima sit.

Iam additamenta primae orationis colligendi finem facio, cum nihil disputare propositum sit, quin per sententiarum rationes diiudicari possit. Hoc unum adiicere velim, genus ***dF*** primum pronomina multis locis solum exhibere, quae res, quamquam illa pronomina neque sententiarum nexum turbant et aliquo modo defendi possunt, tamen ob id ipsum, quod saepenumero inveniuntur et quod § 73 et § 134 *αὐτοὺς* et *αὐτὸν* in ***dF*** non recte addita esse supra vidimus, nos movet, ut putemus in pronominibus addendis generi ***dF*** fidem habendam non esse. Exempla autem affero haec: § 20: *πρεσβευσάτω οὗτος*: ***d F g h q Barb. Abb.*** — § 65: *τίς γὰρ ὑμῶν οὗτος ὅς*: ***d F Barb. Abb.***, *ὑμῶν ὅς* ***h q*** (Bekkerus),

et postea *τίς ὁ* cod. ***h***. — § 79: *ὁ δὲ κῆρυξ οὑτοσὶ ὁ νυνὶ παρεστηκώς*: ***d F h q***. — § 74: *τὴν πρᾶξιν ταύτην*: ***d F h Barb. Abb.***, Bremius, qui primus *ταύτην* sustulit, „*ἡ πρᾶξις*“, inquit, „obscoena significatione absolute dicitur“, sed cf. § 90: *εἰ γὰρ ἡ μὲν πρᾶξις αὕτη ἔσται*, et § 72: *ἐάν τις μισθώσηται ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν.* — § 23: *τῶν ἄλλων ἀθηναίων ἁπάντων*: ***d F h q Barb. Abb.*** — § 65: *ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω*: ***d F h Barb. Abb.*** — § 89 *οἱ δ' αὐτοὶ δικασταί μοι καὶ μάρτυρές ἐστέ μοι τῶν λόγων, ἐμοὶ μὲν ἀναμιμνήσκειν προσήκει, ὑμᾶς δέ μοι μὴ ἀπιστεῖν*: ***F Abb. Laur.*** — § 109: *καθ' αὑτὸν μὲν ἄρχων φαῦλος ἦν οὗτος*: ***d F g h Barb.*** — § 119: *τοὺς πριαμένους τὸ τέλος τοῦτο οὐκ εἰκάζειν*: omnes praeter ***g l m o p r Vat. Laur.*** et pr. ***a***. — § 126: *ἐξ ὑποκορίσματός τινος τιτθῆς*: ***F h q Barb. Abb.*** — § 73: *ἐὰν μή τις ὑμῖν δεῦρο*: ***F h q Barb.*** (*ἡμῖν*: ***g Abb.***): *παρελθὼν .... μαρτυρήσῃ.* — Deinde etiam praepositiones, quae a libris ceteris absunt, in ***dF*** saepius inveniuntur. Conferas § 29: *διὰ τί δή ποτε*: ***d F h q Barb. Abb.*** — § 57: *καὶ εἰςφοιτῶν* ***d F h q Barb. Abb.*** — § 78: *οὔτε κατηγορήσαντος οὔτε καταμαρτυρήσαντος* ***d F h b Barb. Abb.*** — § 178: *εἰς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λόγων .... ὑπάγεσθε*: omnes praeter ***a b g l m p Vat. Laur.*** — § 64: *ἀπετόλμων ἐν ὑμῖν οὗτοι .... συμβουλεύειν*: ***b F h q Barb. Abb.***, *ἐν ἡμῖν*: ***d***. — § 127: *καὶ περὶ τῶν κτημάτων*: ***d F h l Vat. Barb. Abb.***

Quoniam de prima Aeschinis oratione satis dictum est, ad additamenta secundae orationis conquirenda transeo ac primum quidem, ut in illa, ad ea, quae omnes libri tradunt. — § 23 verba leguntur: *ὡς ὢν Ἀριστείδης ὁ τάξας φόρους τοῖς Ἕλλησιν ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος* in ***a g m v Vat. Laur. Flor.***, *ὡς ἂν Ἀριστείδης ὁ* (*καὶ* ***i***) *τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος* in ceteris. Cobetus (de arte interpretandi p. 141), quem C. Scheibius (Jahn. Annall. vol. 68 p. 155) sequitur, et *ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν* et *ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος* deleri vult. Rectius Schultzius mihi videtur tantum *ὁ .... τοῖς Ἕλλησιν* omisisse. Nam cur Aristides hac re designetur, hoc loco nihil est causae. Accedit quod particula *καὶ* in libro ***i*** adiecta additamentum indicatur. Itaque haec verba ex or. III § 258 adscripta esse apparet. Contra verbis *ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος* proxime Aristides Demostheni opponitur, qui

notione *ὁ οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος* notatur. — § 33 editorum *ὁ Φιλίππου πατὴρ* post *Ἀμύντας* alii omittunt, alii retinent. Weidnerus autem eadem verba § 32 tollit et hoc loco servat; ut videtur, quod supra librarii codd. ***e i k l p s*** alio ordine usi sunt. Sed § 32 non minus bene quam § 26 Aeschines verba addidit, ut Athenienses scirent, de quo Amynta loqueretur; nomen enim Amyntae in Macedonia compluribus hominibus erat, ut duci Alexandri Magni et illi homini, qui Darium regem contra Alexandrum adiuvit; § autem 33 de eadem re eiusdem Amyntae ac § 32 dicitur, ut verba repetere supervacaneum sit. Additamentum e § 32 esse manifestum est. — § 51 iam Augerus *μνημονικὸς καὶ* ante *δεινὸς λέγειν* recte delevit, quod de memoria Philippi infra demum § 52 sermo fit. Aliquis autem verba adscripsit, cum § 43 legisset: *ὡς ἦν Φίλιππος δεινὸς εἰπεῖν καὶ μνημονικός* et § 48: *ὅτι καὶ μνημονικῶς καὶ δυνατῶς ὁ Φίλιππος εἴποι.* — § 68 Amyntor Aeschini testatur: *ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ* (die XIX mensis Elaphebolionis Ol. 108, 3) *Δημοσθένην ἐπιδείξασθαι .... ψήφισμα .... καὶ ἀνακοινοῦσθαι αὐτὸν αὐτῷ* (Amyntori), *εἰ δῷ τῷ γραμματεῖ ἐπιψηφίσασθαι τοῖς προέδροις.* Primum non *ἐπιψηφίσασθαι* proedrorum esse, sed *ἐπιψηφίσαι*, deinde scribae et proedris rogationem tradere idem esse, in Sauppii Epist. crit. ad God. Herm. p. 126 sq. tam accurate demonstrata sunt, ut non habeam, quod addam. Itaque *τῷ γραμματεῖ* editores huius aetatis recte omiserunt. Librarius hoc glossemate videtur indicare voluisse, id quod verum est, *τοῖς προέδροις δοῦναι* idem esse ac *τῷ γραμματεῖ* in § 64. Casu autem hanc vocem verbis Aeschinis incidisse ideo suspicor, quod structuram verborum turbat. — Sub finem § 96 orator „*ἐμοὶ*“, inquit, *δ' ἐφεξῆς λέγειν* (*ἁρμόττει*), *ἀναλαβόντι τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἀπὸ τῆς πορείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους.* Codices addunt *καὶ τῆς πρεσβείας*, quod Bekkerus, cum *ἡ ἐπὶ τοὺς ὅρκους πορεία* illam ipsam legationem, de qua agitur, significet, primus recte eiecit, nam quod Schultzius vitium, cum *τῆς κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρκους πρεσβείαν* scribit, corrigere studet, mutatio est violentior. Etiam hanc interpretationem ex prioribus verbis notioni *τῆς πορείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους* adscriptam aliquis particula *καὶ* cum verbis Aeschinis coniunxit. — § 104 enunciatum exstat: *εἰ μὲν οὖν ἡγεῖθ' ὁ δῆμος αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἐξενεγκεῖν μετὰ παῤῥησίας ἐν τῷ ψηφίσματι πρὸς Φίλιππον Θηβαίων μὲν περιελεῖν τὴν ὕβριν, Βοιωτῶν δ' ἀναστῆσαι τὰ τείχη, ταῦτ' ἂν ἠξίωσεν ἐν τῷ ψηφίσματι.* Speciem ineptae tauto-

logiae, quae inest verbis *ἐν τῷ ψηφίσματι* post *παῤῥησίας*, delendam esse Marklando assentior et suspicor quempiam hoc additamento indicare voluisse *παῤῥησίαν*, quam Graeci vocant, id ipsum fuisse, si Athenienses, quae petiissent, decreto constituissent. Cum additamentum nimis ineptum sit, locum non consilio corruptum esse, sed vocem in margine interpretandi causa exstitisse liquet. — § 156 orator iudices admonet, quibus artibus Demosthenes ad commovendos animos audientium uti soleat. Quae artes in codicibus nominantur *τέχναι τῶν λόγων.* Sed patet non de verborum solorum artibus hoc loco Aeschinem cogitare, cum eas ita explicet: *ὡς ἐπιδακρύσας καὶ τὴν Ἑλλάδα κατοδυράμενος καὶ Σάτυρον τὸν κωμικὸν ὑποκριτὴν προσεπαινέσας .... ταῦθ' ὑποθεὶς ἐπεῖπεν ἐντεινάμενος ταύτην τὴν ὀξεῖαν καὶ ἀνόσιον φωνὴν κτλ.* Itaque aliquis id videtur addidisse reminiscens verborum or. I § 117: *ὁ τὰς τῶν λόγων τέχνας κατεπαγγελλόμενος τοὺς νέους διδάσκειν.* — § 169 Aeschines causas affert, cur post pugnam apud Tamynas factam Athenis coronatus sit. Quas codices ita exhibent: *τήν τε νίκην τῆς πόλεως ἀπαγγείλας καὶ Τεμενίδου τοῦ τῆς Πανδιονίδος ταξιάρχου καὶ συμπρεσβεύσαντος ἀπὸ στρατοπέδου μοι δευρὶ καὶ τὰ* (*τὰ* om. ***a g m v***) *περὶ τὸν γενόμενον κίνδυνον, οἷος ἦν ἀπαγγείλαντος.* Particulam *καὶ* post *δευρὶ* delendam esse quis est, qui neget, postquam verba Sauppii legit, qui Epist. crit. ad God. Herm. p. 128 „altera“, inquit, „causa non haec erat, quod Temenides et cum Aeschine Athenas venit et rem, quo modo gesta esset, enarravit, sed quod Temenides, qui tribus Pandionidis taxiarchus fuit et cum Aeschine Athenas venerat, rem enarravit.“ Vocula apposita est, quod structura non intelligebatur. — Idem dicendum est de particula *καὶ* § 177 verbis *τὸ μὲν τῆς δημοκρατίας κτλ.* praeposita. Quam si cum codicibus et Benselero retinemus, primum verba § 177 et § 178 artissime coniunguntur, quamquam § 177 alia res tractatur, alia § 178; in illa enim iniuriae, quas rei publicae homines mali intulerant, enumerantur, in hac autem, quas Aeschini inferri volunt. Deinde particula *καὶ* apposita verba: *τὸ μὲν τῆς δημοκρατίας ὄνομ' οὐ τοῖς ἤθεσιν, ἀλλὰ τῇ κολακείᾳ θεραπεύοντες, καταλύοντες δὲ τὴν εἰρήνην, ᾗ ἡ δημοκρατία σώζεται, συναγωνιζόμενοι δὲ τοῖς πολέμοις, ἐξ ὧν ὁ δῆμος καταλύεται,* quae ad publicas res spectant, privatis Aeschinis annectuntur. Ne igitur dubitaveris stilum vertere.

Haec sunt additamenta ab omnibus libris tradita; sequuntur

ea, quae in singulis generibus codicum aut in altera parte generum insunt. Quattuor autem genera in hac oratione internoscuntur, cum ad ***dF*** et ***ab*** duo accedant, quae litteris ***ek*** et ***i*** signo. Ac primo loco de additamentis disputabo, quae singula genera exhibent, deinde de eis, quae binis aut ternis generibus communia sunt. Atque additamenta, quae in solo genere ***dF****) exstarent, exquirere, frustra studui, cum omnia, quae codices eius plura quam ceteri tradiderunt, defendi possint. Ergo statim ad genus ***ab*** transeo. — § 178 in eo legitur: καὶ τὸν τῶν ὅλων λόγων κύριον τὰς τῶν ἔργων προσδοκίας ἀπαιτοῦσι, quo enunciato orator levia verba gravioribus factis opponere vult; haec autem ratio pervertitur et contra Aeschines iactat artem dicendi voce ὅλων adscripta. Itaque, cum codices ***d e F h k l q s Barb.*** τῶν λόγων, codex ***i*** τῶν ὅλων, ceteri τῶν ὅλων λόγων exhibeant, in archetypo non recte videtur scriptum fuisse τῶν ὅλων et emendandi causa appositum esse λόγων, quo librarius generis ***ab*** in errorem inductus utrumque recepit. — Nequaquam intelligitur, quid § 182 substantivum εὐεργέτῃ post verba δέδοται τὸ σῶμα τῷ κινδύνῳ positum sibi velit, et prorsus haec notio a sententiis huius capitis abhorret, ut eam casu ex aliquo glossemate in hunc locum quasi influxisse mihi persuasum sit. Sed iam in archetypo additamentum vel superscriptum vel adscriptum fuisse inde apparet, quod codices ***e k s*** εὐεργέτῃ, ***a g h m s v Vat. Laur.*** κινδύνῳ εὐεργέτῃ, ceteri κινδύνῳ exhibent.

Sequuntur additamenta generis ***ek***. — § 14 in libris ***l s*** exstat: καὶ τὸ τελευταῖον κεφάλαιον ἀποφεύγει, in libro ***e***: καὶ τὸ τελευταῖον ἀποφεύγει κεφάλαιον. — κεφάλαιον adverbii τὸ τελευταῖον interpretandi causa appositum fuisse et, cum in structuram non receptum sit, negligentia in verba illatum esse, nemo non intelligit. — § 133 codex ***e*** tradidit: ψηφισαμένων δ' ὑμῶν παραδοῦναι Προξένῳ καὶ τῷ στρατηγῷ τοὺς Φωκέας ταῦτα τὰ χωρία κτλ. Sed Proxenus ipse imperator erat et ei soli Phocii loca illa munita concedere ab Atheniensibus iussi sunt, ut verba, quae sequuntur, docent: ἀντὶ τοῦ παραδοῦναι τὰ χωρία Προξένῳ. Nec minus absurdum est, quod scriba codicis ***l*** scripsit: καὶ τοὺς στρατηγούς. Suspicor,

*) Quamquam etiam in hac oratione, utrum prior an posterior manus cod. ***F*** melior sit, quaesiturus sum, tamen, quod ratio, quae inter eas intercedit, ad cognoscendum difficilior est, id differamus, dum omnia huius orationis additamenta collegerimus.

quempiam dativo τῷ στρατηγῷ nomen Προξένῳ definiri non intellexisse et particulam καὶ deesse putavisse. Quam stultitiam etsi mente vix concipimus, tamen simile exemplum § 74 inveniemus.

Plures loci interpolati sunt in genere ***i***. — § 72 in libro ***i*** exstat: ἐξέλιπον δὲ Χεῤῥόνησον ζῆν ἡμῶν οἱ πολῖται, τὴν οὖσαν ὡμολογημένως Ἀθηναίων. Quid hoc est: ζῆν? Reliqueruntne Athenienses Chersonesum, ut viverent? Immo, si quidem tale quid dicere velis, ne vitam amitterent. Voluit is, qui addidit, haud dubie scribere ὡς ξένην. — § 112 post σπογγιᾶς in codice ***i*** additum est οἶμαι, quod fortasse quispiam, ut saepe fit, in coniectura a se facta scripsit, cum enunciatum οὐδ' ὡς μνημονικὸς (copula εἶ, quae ab ***d F h k l q s Barb.*** abest, omissa) — ἐγκώμι' εἶναι praeponendum esse putaret enunciato οὐδ' ὡς δεινὸς — εἶναι. Verbum in orationem irrepsisse non potest nisi negligentia? — § 147 Aeschines de vita patris cum alia narrat tum eum ἀριστεύειν δ' ἐν τοῖς κινδύνοις. Codex ***i*** infinitivum εἰληφέναι addit, quem, cum nullo modo ferri possit, casu in verba se insinuavisse patet, postquam aliquis apposuit, ut ἐν τοῖς κινδύνοις explicaret, quod id „in suscipiendis periculis" significare et pro ἐν τῷ κινδύνους εἰληφέναι dictum esse putavit, ita ut Graeci κακά, πληγάς, θάνατον λαμβάνειν dicunt. — Inde a § 172 usque ad § 178 orator de rebus Atheniensium, quae inter bella Persarum et suam aetatem gestae sunt, loquitur et § 172 συνταραχθέντες, inquit, δ' ὑπό τινων καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ καὶ ποιήσαντες .... σπονδὰς πεντηκονταετεῖς ἐποιησάμεθα. In libro ***i*** post ὑπό τινων verba accedunt καὶ πεισθέντες. Sed si Aeschines ita dixisset, de quanam re Atheniensibus persuasum esset, addidisset, neque καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους, sed καταστῆναι πρὸς Λακεδαιμονίους perrexisset. Participium ex § 175 (πεισθέντες καταστῆναι) aut § 176 (πεισθέντες ὑπ' Ἀργείων) sumptum est. Consulto autem cum verbis id coniunctum esse particula καὶ hoc loco non indicatur, cum is, qui addidit, et πεισθέντες et καὶ πεισθέντες in margine scripsisse possit, unde alia manu in verba influeret.

Additamentis, quae in singulis codicum generibus exstant, iam omnibus collectis, ea videamus, quae in binis aut ternis generibus exstant; et cum nullum, quod solis generibus ***ab*** et ***dF*** aut ***ab*** et ***ek*** aut ***ek*** et ***i*** commune sit, invenerim, primo loco unum affero, quod in ***ab*** et ***i*** scriptum est. — § 180 Aeschines iudices orat atque

obsecrat, ut se servent neve tradant *τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ*, hoc est Demostheni. Libri praeter ***d e F k l q s Barb.*** *κακῷ ὄντι* addunt, quod unus Benselerus retinuit. Sed orator, qui iudices monet, ut caveant Demosthenem, eis vocibus eum denotat, quibus ipsis notio mali continetur. Nam logographi Atheniensibus odio erant, ut scholiasta vocem verbis *οἷον φιλοδίκῳ καὶ κακοπράγμονι* recte interpretetur, et Scythae, quamquam hoc loco etiam de stirpe Demosthenis cogitatur, servi publici erant, ad insectandos et capiendos maleficos empti, qui primum, quoniam servi, deinde, quod truculenti erant, Athenis male audiebant. Itaque a vocabulis *λογογράφος* et *Σκύθης* notio mali, quae cum eis tamquam coaluit, additamento *κακῷ ὄντι*, ut ita dicam, divellitur. Quare verba interpretandi causa apposita esse censeo.

Sequuntur duo additamenta generum ***dF*** et ***ek***. — § 145 orator accurate exponit, quid inter famam et *συκοφαντίαν*, quam Graeci vocant, intersit: *φήμη*, inquit, *μέν ἐστιν, ὅταν τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν αὐτόματον ἐκ μηδεμιᾶς προφάσεως λέγῃ τιν' ὡς γεγενημένην πρᾶξιν· συκοφαντία δ' ἐστίν, ὅταν πρὸς τοὺς πολλοὺς εἷς ἀνὴρ αἰτίαν ἐμβαλὼν ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις πρός τε τὴν βουλὴν διαβάλλῃ τινά.* Fama igitur, quae sua sponte nascitur, sycophantiae opponitur, quae fit, si quis quem apud populum aut senatum calumniatur. Nihil igitur alteri cum altera commune est, quod Aeschines ipse verbis dicit: *φήμη μὲν γὰρ οὐ κοινωνεῖ διαβολῇ, διαβολὴ δ' ἀδελφόν ἐστι καὶ συκοφαντία.* Tamen libri ***e k l s*** et pr. ***F*** pergunt: *καὶ τῇ μὲν φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν ὡς θεῷ, τῇ δὲ φήμῃ τῶν συκοφαντῶν ὡς κακοίργων δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα.* Quin posterius *τῇ φήμῃ* delendum sit, non dubium est, nec minus certum est locum consulto corruptum esse, cum particula *δὲ*, quae in ceteris libris inter *τῶν* et *συκοφαντῶν* exstat, in his inter *τῇ* et *φήμῃ* interposita sit. Repetita autem est illa vox ab aliquo, qui genetivum *τῶν συκοφαντῶν* ex superiore dativo *τῇ φήμῃ* pendereopinatus est. — § 156 post verba *πρὸς τοὺς νέους* in libris ***e h k l Flor.*** et pr. ***F*** illud *τῶν λόγων* repetitum est, quod in superiore versu iam in archetypo additum fuisse supra (p. 16) vidimus. Tam absurdum mendum tantum negligentia nascitur. — Quamquam § 173 Aeschines et *τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα* et *τριακοσίους τοξότας Σκύθας ἐπριάμεθα* dicere potuit, ut est in Andoc. or. III § 5: ***Flor.*** et pr. ***F*** *τοξότας* falso *τοξότας τριακοσίους Σκύθας*, tamen omnes codices praeter ***a e h l s***

addidisse apparet ex eo, quod scholia ***Vat. Laur. F g i m*** codicum nomen *Σκύθαι* voce *τοξόται* interpretantur; itaque aut ex Andocidis loco aut ex scholiis verbum in versum illatum est.

Sed antequam pergam, unum locum commemorare liceat, quem silentio praeterire nolim, cum in manu secunda codicis ***F*** aestimanda non parvi sit momenti. — § enim 163 Aeschines crimen Demosthenis, qui eum victoriam a Philippo de Phociis reportatam cum Macedonibus celebravisse in accusatione dixerat, propulsat, cum se, quod patria incolumi paeana cum ceteris concinuisset, dicit pie fecisse, non iniuste, quod eo in honore habuisset deum neque Athenienses ignominia affecisset. Pergit: *ἔπειτ' ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτ' ἀνηλέητός τις εἰμὶ ἄνθρωπος, σὺ δ' εὐσεβὴς ὁ τῶν συσπόνδων* (***i p***: *ὁμοσπόνδων*) (*καὶ συσσίτων* addiderunt ***d i p q Vat. Laur. Barb.*** et sec. ***F***) *κατήγορος;* Schultzius verba *καὶ συσσίτων* recepit, ut videtur, quod in Vaticano exstant; ceteri huius memoriae editores omiserunt, cum a plurimis codicibus absint. Sed cur ea falsa esse constet, non intelligo; itaque certe dici nequit secunda manus hoc loco aliquid non recte addidisse, atque ego quidem putaverim adiectivum ab iis, qui id idem ac *συσπόνδων* significare opinabantur, ex altera parte librorum sublatum esse.

Denique restat, ut de eis locis, ubi in ternis generibus idem additur, disseram. Sed tantum, quae generibus ***ab*** et ***dF*** et ***i*** communia sunt, inveniuntur, ut unum genus ***ek*** omiserit, quae cetera genera tria exhibent. — § 14 in codicibus praeter ***e k l s*** verba exstant: *γράφονται δ' οὗτοι παρανόμων τὸ ψήφισμα, Λυκῖνον ἐπὶ τὴν γραφὴν ἐπιγραψάμενοι καὶ τίμημ' ἐπέθηκαν* (***h***: *ἐπέθηκεν*) (*ἐπέθηκαν* om. ***e k l s***) *ἑκατὸν τάλαντα.* Editores verbum *ἐπέθηκαν* recte eiecerunt, cum actorum sit *τίμημα ἐπιγράφεσθαι*, iudicis *ἐπιθεῖναι*, ut primus Bremius monuit. Adscripsit aliquis, qui, unde verba *καὶ τίμημ' ἑκατὸν τάλαντα* penderent, non intellexit. — § 74 Aeschines dicit factiosos illos oratores de incolumitate rei publicae ne incepisse quidem loqui, sed iussisse Athenienses vestibulum arcis intueri et reminisci *τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας καὶ τῶν τάφων καὶ* (*καὶ* omnes praeter ***e k l s v***) *τῶν προγόνων καὶ τῶν τροπαίων.* Non dubium est, quin particula *καὶ* post *τῶν τάφων* delenda sit, ut *τῶν προγόνων* a genetivo *τῶν τάφων* pendeat, neque enim primum aequales Aeschinis, si pugnae Salaminiae et tropaeorum reminiscebantur, de maioribus non cogitare potuerunt, deinde quis

obsecrat, ut se servent neve tradant *τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ*, hoc est Demostheni. Libri praeter ***d e F k l q s Barb.*** *κακῷ ὄντι* addunt, quod unus Benselerus retinuit. Sed orator, qui iudices monet, ut caveant Demosthenem, eis vocibus eum denotat, quibus ipsis notio mali continetur. Nam logographi Atheniensibus odio erant, ut scholiasta vocem verbis *οἷον φιλοδίκῳ καὶ κακοπράγμονι* recte interpretetur, et Scythae, quamquam hoc loco etiam de stirpe Demosthenis cogitatur, servi publici erant, ad insectandos et capiendos maleficos empti, qui primum, quoniam servi, deinde, quod truculenti erant, Athenis male audiebant. Itaque a vocabulis *λογογράφος* et *Σκύθης* notio mali, quae cum eis tamquam coaluit, additamento *κακῷ ὄντι*, ut ita dicam, divellitur. Quare verba interpretandi causa apposita esse censeo.

Sequuntur duo additamenta generum ***dF*** et ***ek***. — § 145 orator accurate exponit, quid inter famam et *συκοφαντίαν*, quam Graeci vocant, intersit: *φήμη*, inquit, *μέν ἐστιν, ὅταν τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν αὐτόματον ἐκ μηδεμιᾶς προφάσεως λέγῃ τιν' ὡς γεγενημένην πρᾶξιν· συκοφαντία δ' ἐστίν, ὅταν πρὸς τοὺς πολλοὺς εἷς ἀνὴρ αἰτίαν ἐμβαλὼν ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις πρός τε τὴν βουλὴν διαβάλλῃ τινά.* Fama igitur, quae sua sponte nascitur, sycophantiae opponitur, quae fit, si quis quem apud populum aut senatum calumniatur. Nihil igitur alteri cum altera commune est, quod Aeschines ipse verbis dicit: *φήμη μὲν γὰρ οὐ κοινωνεῖ διαβολῇ, διαβολὴ δ' ἀδελφόν ἐστι καὶ συκοφαντία.* Tamen libri ***e k l s*** et pr. ***F*** pergunt: *καὶ τῇ μὲν φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν ὡς θεῷ, τῇ δὲ φήμῃ τῶν συκοφαντῶν ὡς κακούργων δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα.* Quin posterius *τῇ φήμῃ* delendum sit, non dubium est, nec minus certum est locum consulto corruptum esse, cum particula *δὲ*, quae in ceteris libris inter *τῶν* et *συκοφαντῶν* exstat, in his inter *τῇ* et *φήμῃ* interposita sit. Repetita autem est illa vox ab aliquo, qui genetivum *τῶν συκοφαντῶν* ex superiore dativo *τῇ φήμῃ* pendereopinatus est. — § 156 post verba *πρὸς τοὺς νέους* in libris ***e h k l Flor.*** et pr. ***F*** illud *τῶν λόγων* repetitum est, quod in superiore versu iam in archetypo additum fuisse supra (p. 16) vidimus. Tam absurdum mendum tantum negligentia nascitur. — Quamquam § 173 Aeschines et *τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα* et *τριακοσίους τοξότας Σκύθας ἐπριάμεθα* dicere *τοξότας τριακοσίους Σκύθας*, tamen omnes codices praeter ***a e h l s*** potuit, ut est in Andoc. or. III § 5: ***Flor.*** et pr. ***F*** *τοξότας* falso

addidisse apparet ex eo, quod scholia ***Vat. Laur. Fg i m*** codicum nomen *Σκύθαι* voce *τοξόται* interpretantur; itaque aut ex Andocidis loco aut ex scholiis verbum in versum illatum est.

Sed antequam pergam, unum locum commemorare liceat, quem silentio praeterire nolim, cum in manu secunda codicis ***F*** aestimanda non parvi sit momenti. — § enim 163 Aeschines crimen Demosthenis, qui eum victoriam a Philippo de Phociis reportatam cum Macedonibus celebravisse in accusatione dixerat, propulsat, cum se, quod patria incolumi paeana cum ceteris concinuisset, dicit pie fecisse, non iniuste, quod eo in honore habuisset deum neque Athenienses ignominia affecisset. Pergit: *ἔπειτ' ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτ' ἀνηλέητός τις εἰμὶ ἄνθρωπος, σὺ δ' εὐσεβὴς ὁ τῶν συσπόνδων* (***i p***: *ὁμοσπόνδων*) (*καὶ συσσίτων* addiderunt ***d i p q Vat. Laur. Barb.*** et sec. ***F***) *κατήγορος;* Schultzius verba *καὶ συσσίτων* recepit, ut videtur, quod in Vaticano exstant; ceteri huius memoriae editores omiserunt, cum a plurimis codicibus absint. Sed cur ea falsa esse constet, non intelligo; itaque certe dici nequit secunda manus hoc loco aliquid non recte addidisse, atque ego quidem putaverim adiectivum ab iis, qui id idem ac *συσπόνδων* significare opinabantur, ex altera parte librorum sublatum esse.

Denique restat, ut de eis locis, ubi in ternis generibus idem additur, disseram. Sed tantum, quae generibus ***ab*** et ***dF*** et ***i*** communia sunt, inveniuntur, ut unum genus ***ek*** omiserit, quae cetera genera tria exhibent. — § 14 in codicibus praeter ***e k l s*** verba exstant: *γράφονται δ' οὗτοι παρανόμων τὸ ψήφισμα, Λυκῖνον ἐπὶ τὴν γραφὴν ἐπιγραψάμενοι καὶ τίμημ' ἐπέθηκαν* (***h***: *ἐπέθηκεν*) (*ἐπέθηκαν* om. ***e k l s***) *ἑκατὸν τάλαντα.* Editores verbum *ἐπέθηκαν* recte eiecerunt, cum actorum sit *τίμημα ἐπιγράφεσθαι*, iudicis *ἐπιθεῖναι*, ut primus Bremius monuit. Adscripsit aliquis, qui, unde verba *καὶ τίμημ' ἑκατὸν τάλαντα* penderent, non intellexit. — § 74 Aeschines dicit factiosos illos oratores de incolumitate rei publicae ne incepisse quidem loqui, sed iussisse Athenienses vestibulum arcis intueri et reminisci *τῆς ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Πέρσην ναυμαχίας καὶ τῶν τάφων καὶ* (*καὶ* omnes praeter ***e k l s v***) *τῶν προγόνων καὶ τῶν τροπαίων.* Non dubium est, quin particula *καὶ* post *τῶν τάφων* delenda sit, ut *τῶν προγόνων* a genetivo *τῶν τάφων* pendeat, neque enim primum aequales Aeschinis, si pugnae Salaminiae et tropaeorum reminiscebantur, de maioribus non cogitare potuerunt, deinde quis

in enumeratione hoc ordine utitur: *τῆς ναυμαχίας καὶ τῶν τροπαίων;* itaque quispiam, qui structuram verborum non intellexit, particulam *καὶ* sciens interposuit.

Cum plura quam attuli additamenta, de quibus per sententiarum rationes dubitari nequeat, in oratione secunda non exstent, iam, quod pollicitus eram, absolvam, ut, utra manus codicis ***F*** praestet, quaeram. Ac primum quidem multi loci sunt, ubi sec. manus ea, quae prior falso omisit, adscripsit. Inspicias quaeso § 6: *ὁ λόγος;* § 7: *δ'*; § 13: *δὲ ταῦτα τοῦ Κτησιφῶντος;* § 49: *ἢ* (om. etiam ***ekls***); § 66: *τοὺς;* § 116: *καὶ Πριηνέα* (om. etiam ***e k l s Laur.***); § 122: *καὶ διερωτώμενος* (*καὶ* solum om. ***e k l s***); § 124: *ἀποφαίνεσθαι μετὰ Καλλίστρατον τὸν Ἀφιδναῖον* (om. etiam ***k***); § 132: *μελλόντων* (om. etiam ***e k l s***); § 148: *εἶ* (om. etiam ***e k l***); § 156: *καὶ κέχρηται* (om. etiam ***aeghklmsv***); § 157: *ὅθ' ἡμᾶς;* § 160: *ἢ ποῖον νόμον λύσας* (om. etiam ***e k l***); § 176: *μὴ* (om. etiam ***d h i***); § 181: *ὑπο* compositum cum participio *μείνας* (om. etiam ***e k l s***); deinde sec. manus duobus locis: § 145 *τῇ φήμῃ* et § 156: *τῶν λόγων*, ut supra vidimus, quae prior addiderat, recte delevit. Tantum § 173 accusativum *τοξότας* falso mihi videtur addidisse. Itaque hoc uno loco excepto secunda manus priore melior est.

Quoniam, quae de secunda oratione proferenda erant, commentatus sum, reliquum est, ut de tertia disseram. Ac primo loco etiam in hac parte additamenta, quae omnibus codicibus communia sunt, colligam. — § 27 Aeschines de scito loquitur, quod Demosthenes de muris reficiendis fecerat et *ἐπέταξεν* (Demosthenes), inquit, *ἐν τῷ ψηφίσματι ἑκάστῃ τῶν φυλῶν ἑλέσθαι τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων ἐπὶ τὰ τείχη καὶ ταμίας κτλ.* Verba *ἐπὶ τὰ τείχη* Aeschinis esse nequeunt. Ea enim, si retinentur, necesse est cum verbo *ἑλέσθαι* coniungi, ita ut *ἐπὶ τὰ τείχη* munus significet, ad quod administrandum cives creantur. Sed hoc iam continetur verbis *τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων*, ut bis idem dicatur. Itaque additamentum est. Weidnerus autem, quamquam ad verba eiicienda satis propensus est, haec eo servare studet, ut pro *ἐπὶ* scribat *περὶ*. Sed et huic coniecturae et eis, quae codices tradiderunt, grammaticae leges repugnant, quibus fieri non potest, ut talis notio priori substantivo, articulo eius non repetito, addatur. Atque etiam ipse

vidit articulum *τῶν* post *ἔργων* insolenter omissum esse et praemisso exemplo Philoch. frg. 135: *τὰ μὲν ἔργα τὰ περὶ τοὺς νεωσοίκους* „nec vero“, inquit, „inde colligas necessarium esse: *τῶν ἔργων τῶν περὶ τὰ τείχη*. cf. Stallb. ad Plat. Protag. 343 b p. 131 (ed. III), Franke Demosth. Phil. I, 3, Maetzner Din. I, 79“. Sed neque in his exemplis neque in eis, quae editores illis permulta adscripserunt, substantivo adiungitur substantivum cum praepositione, sed tantum genetivus. At, ut hoc addam, Kruegerus in arte grammatica § 50, 8, 15 locos contulit, ubi praepositio cum substantivo, nullo articulo interposito, ad substantivum pertinet. Tamen ne id quidem hunc locum *τῶν ἔργων περὶ τὰ τείχη* probat, quod in illis exemplis articulus etiam ei substantivo abest, cui praepositio cum substantivo coniunctum est. Itaque illud *ἐπὶ τὰ τείχη* aliquem apposuisse puto, ut Aeschinem notione *τῶν ἔργων* maxime moenia intelligere doceret, cum § 14 verba *τειχοποιός, ἐπιστάτης τοῦ μεγίστου τῶν ἔργων* legisset. — § 47 de lege agitur, quae exteram coronam, nisi populus sciverit, in theatro promulgari vetat, *ἵνα κηρυττόμενος μείζω χάριν εἰδῇ τῶν στεφανούντων* (*τῶν στεφάνων*: ***z*** et *γρ.* ***m*** et sec. ***q***) *ὑμῖν ἢ τοῖς στεφανοῦσιν, ὅτι κηρῦξαι ἐπετρέψατε.* Participiorum *τῶν στεφανούντων* et *ἢ τοῖς στεφανοῦσιν* alterum alterum non ferre quis non videt? Quare Reiskius et Schultzius deteriores libros sequuntur et pro *στεφανούντων* scribunt *στεφάνων*. Sed quod pluralis *στεφάνων*, ut Frankius Jahn. Annall. vol. 93 p. 605 recte monet, hoc loco poni nullo modo potest, potius alterutrum participiorum inducamus et, cum *τῶν στεφανούντων* difficilius quam *ἢ τοῖς στεφανοῦσιν* intelligatur, aliquem hoc illi interpretandi causa adscripsisse pro certo habeamus. — § 60 Aeschines de eis, quae Demosthenes inde a bello cum Philippo de Amphipoli gesto usque ad pacem Philocratis gesserit, loqui ita incipit: *ἐὰν αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς ἐγκαταλαμβάνῃ τὸν Δημοσθένην πλείω μὲν γεγραφότα ψηφίσματα Φιλοκράτους περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης καὶ συμμαχίας* (§ 61), *καθ' ὑπερβολὴν δ' αἰσχύνης κεκολακευκότα Φίλιππον καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις* (codices ***e k l***: *καὶ οὐκ ἀναμείναντα τοὺς πρέσβεις;* ***a***: *καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις οὐ παραμείναντα;* ***n***: *καὶ τοὺς παρ' ἐκεῖνον πρέσβεις οὐκ ἀναμείναντα;* ceteri: *καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις οὐκ ἀναμείναντα*), *αἴτιον δὲ γεγονότα τῷ δήμῳ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην .... δεήσομαι ὑμῶν μετρίαν δέησιν.* Verba *καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις οὐκ ἀναμείναντα*

vel quae similia singuli libri exhibent corrupta esse sententiarum ratio demonstrat. Nam primum non Philippi sed Graecorum legatos a Demosthene non exspectatos esse Aeschinem dicere velle, cum ex aliis locis cognoscimus tum e verbis § 63: ἔγραψε (Demosthenes) σπείσασθαι τῷ κήρυκι τῷ ἀπὸ Φιλίππου καὶ τοῖς πρέσβεσιν et ex verbis § 64: Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην .... τὰ ψηφίσματα γράφοντας .... ὅπως μὴ περιμενεῖτε τοὺς πρέσβεις, οὓς ἦτ' ἐκπεπομφότες παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον et § 67: ἵνα, φησίν (Demosthenes), ἐὰν ἤδη παρῶσιν οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, βουλεύσηται ὁ δῆμος ὡς τάχιστα περὶ τῶν πρὸς Φίλιππον, τοῖς οὔπω παροῦσι πρέσβεσι προκαταλαμβάνων τὴν ἐκκλησίαν κτλ. Optime igitur primo obtutu codices **e k l** videntur exhibere: καὶ οὐκ ἀναμείναντα τοὺς πρέσβεις, Graecorum videlicet. Neque tamen ita scripserim, nam id, quod ea ipsa sententia subsequitur verbis: αἴτιον δὲ γεγονότα τῷ δήμῳ τοῦ μὴ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, in genere **ek** ex arbitrio correctum esse perspicuum facit. Itaque verum iam H. Wolfius invenit, qui primus καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις coniecit, ita ut accusativus ad κεκολακευκότα pertineat. Demosthenem enim etiam legatos Philippi adulatum esse Aeschines § 76 narrat: ἀλλὰ τότε μόνον καὶ πρῶτον πρέσβεις εἰς προεδρίαν ἐκάλεσε καὶ προσκεφάλαι' ἔθηκε καὶ φοινικίδας περιεπέτασε καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἡγεῖτο τοῖς πρέσβεσιν εἰς τὸ θέατρον .... καὶ ὅτ' ἀπῄεσαν, ἐμισθώσατ' αὐτοῖς τρία ζεύγη ὀρικὰ καὶ προὔπεμψεν εἰς Θήβας. Ex his eisdem, quae modo disputavimus, apparet Taylorum, cum scriberet καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου πρέσβεις τοὺς δὲ ὑμετέρους πρέσβεις οὐκ ἀναμείναντα, vera et falsa coniunxisse. Verba autem οὐκ ἀναμείναντα vel παραμείναντα quispiam, qui notionem οὐ περιμένειν τοὺς πρέσβεις legit (cf. §§ 58 et 64) et memoria tenuit, vocabulo τοὺς πρέσβεις in errorem inductus adscripsit. — Malam sane memoriam Atheniensium esse orator opinatus esset, si § 69 verba paullo ante (§ 68) dicta: τῇ ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα, ut in codicibus exstant, iteravisset. — § 130 orator exponit, quam bene civitas deorum praesidio custodita sit et exempli causa interitum mystarum affert his verbis usus: οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον φυλάξασθαι, ἡ τῶν μυστῶν τελευτή; Infinitivum φυλάξασθαι, quem abesse primus Baiterus maluit, Scheibius (Jahn. Annall. vol. 68 p. 157) et Hamakerus (Mnemosyn. vol. VIII p. 14) recte removerunt. Atque ille quidem, qui infinitivum subiecti loco esse et τὸ ...... σημεῖον accu-

sativum, qui ab eo penderet, videtur putavisse — paullo enim obscurius dicit —, quod non modo sententia verbum non ferret, sed etiam id, quod appositum esset, in nominativo exstaret. Hamakerus autem, qui τὸ ...... σημεῖον subiectum esse et infinitivum ad adiectivum ἱκανὸν spectaret censeret, eum removit, quod ridiculum esset, quasi malum omen ipsum posset cavere, cum tantum alios moneret, ut caverent. Quocunque igitur modo verba coniungimus, infinitivus φυλάξασθαι reiiciendus est, quem aliquis, qui verba mente parum percepit, e superiore versu desumpsit. — § 252 de Leocrate, quem Lycurgus accusaverat, Aeschines dicit: εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν ὑπερώριστ' ἂν ἢ ἀπέθανεν. Locum corruptum esse Schaeferus in Demosth. vit. libr. V cap. VII p. 201 demonstrat. Quisquis enim in tali causa, qualis Leocratis fuit, capitis damnabatur, extra Atticam sepeliebatur, ut hoc loco notione ἀποθανεῖν notio ὑπερορίζειν iam contineatur neque altera sine altera cogitari possit. Nec minus falsum est, quod Harpocratio, quem Benselerus sequitur, tradidit: καὶ ἀπέθανεν, cum ei, qui morte multati erant, necarentur, priusquam extra fines portabantur. Itaque verbum ἀποθανεῖν ab aliquo, qui ὑπερορίζειν interpretari voluit, appositum est et in verba casu irrepsit. — § 257 Solonem fuisse legimus τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν, ἄνδρα φιλόσοφον καὶ νομοθέτην ἀγαθόν. Hamakerus (Mnemosyn. vol. VII p. 452) et Schultzius (praefat. p. XIII) et ἄνδρα φιλόσοφον et καὶ νομοθέτην ἀγαθόν tollenda esse putant; atque hoc quidem: καὶ νομοθέτην ἀγαθόν et ipse abesse velim, quod idem est atque τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν. Sed cur ἄνδρα φιλόσοφον deleatur, causam non video, neque enim quod Hamakerus sentit, philosophiam a viro in causis et in re publica versato alienam esse probo; immo idem ille Solon, cum, ut bellum Cirrhaeis et Cragalidis inferrent, Amphictyonibus suaderet, cum igitur in re publica versaretur, § 108 περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφὼς nominatur. Ac ne id quidem Schultzius recte censuisse mihi videtur, additamentum ex § 108 sumptum esse, nam si quis de eo loco cogitavisset, certe etiam ποιητὴν adscripsisset; sed alicui vocem νομοθέτης, quam cum nomine Solonis sexcenties iungi vidit, etiam hoc loco ponere in mentem venisse putaverim.

Plures spurios locos archetypi ex hac oratione conferre non ausim, ne, quae dubia sunt, tractem; itaque transeo ad additamenta singulorum codicum generum, quae in hac oratione, cum codice ***i***

ea non contineatur, tantum tria sunt. Ac primum quidem, quae in genere ***dF*** tollenda sint, quaeramus. — § 67 libris ***c d F h q Barb.*** haec tradita sunt: *ἵνα, φησίν, ἐὰν ἤδη παρῶσιν οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις, βουλεύσηται ὁ δῆμος ὡς τάχιστα περὶ τῶν πρὸς Φίλιππον πρέσβεων.* Sed populus Atheniensium non de legatis Philippi deliberaturus erat, sed de eis, quae legati Philippi nunciarent. Certe, si illud Aeschines dicere voluisset, *περὶ αὐτῶν* dixisset; substantivum *πρέσβεων* igitur delendum est. Mendum autem negligentia videtur factum esse, cum librarius paullo ante *οἱ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις* legisset. — § 206 in codicibus ***c d F Barb.*** inter verba *ὑπὲρ τῆς πόλεως* et *περὶ τῆς τάξεως* particula *καὶ* interposita est, cum librarius sententiam negligeret et tales duas eiusdem generis notiones grammaticas particula copulativa coniungendas esse putaret. Neque enim pro patria et de dicendi ordine ut pugnent cum Demosthene, orator iudicibus suadet, sed ut patriam defendant eo, quod de dicendi ordine pugnent. Talis particula, qua structura verborum corrigatur, certe nunquam in margine apposita est, sed verbis enunciati, quod corruptum videbatur, ipsis intexebatur. — De eadem causa librarius, quod structuram verborum corrigere voluit, § 207 adverbio *ἔξω*, quod codices exhibent, *τῆς πόλεως* adiecit, nulla nexus sententiarum ratione habita; quid enim est *τοῖς ἔξω τῆς πόλεως περιεστηκόσι λοιδορήσεται*, cum de eis sermo sit, qui extra cancellos stant? Legerat is, qui locum corrupit, in priore § *ἔξω τοῦ παρανόμου*, quare neque hoc loco adverbium *ἔξω* solum exstare posse opinatus est et usitatissimam notionem *τῆς πόλεως* adscripsit, similiter atque in or. I § 8, ut supra (p. 3) vidimus, in archetypo factum est. — De voce *ῥήτωρ* § 139 addita infra, ubi de genere ***dF*** et ***ek*** loquar, disseram.

Sequuntur additamenta generis ***ab***. — In fine verborum § 153: *νομίσαθ' ὁρᾶν προιόντα τὸν κήρυκα καὶ τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάῤῥησιν μέλλουσαν γίγνεσθαι* exstat *ἀπαγορεύοι* in codice ***a*** (Taylorus legit *ἀναγορεύοντα*). Videtur id casu in verba irrepsisse e margine, ubi aliquis *ἀναγόρευσιν* ad *ἀνάῤῥησιν* adscripserat. — § 183 in codicibus ***a g m n Laur.*** verba tradita sunt: *οἳ πολὺν πόνον ὑπομείναντες χρόνον καὶ μεγάλους κινδύνους ἐπὶ τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἐνίκων.* Accusativus *χρόνον* nullo modo defendi potest et, quod structuram verborum turbat, casu eum in verba irrepsisse putandum est. Sed vocem non a librario generis ***ab*** appositam

esse, sed a priore, ex genere ***dF*** cognoscimus, quod *πόνον* omisit et *χρόνον* recepit.

Accedunt spurii loci generis ***ek***. — § 56 Aeschines, si sequimur libros ***e k l***, *ἀποκρινοῦμαι*, inquit, *ἐναντίον σοι τῶν δικαστῶν, Δημόσθενες, καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι δὴ ἔξωθεν περιεστᾶσι, καὶ τῶν Ἑλλήνων, ὅσοις ἐπιμελὲς γέγονεν ἐπακούειν τῆςδε τῆς κρίσεως.* Atque dici non posse *καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι δὴ ἔξωθεν περιεστᾶσι*, cum verba *καὶ τῶν Ἑλλήνων, ὅσοις κτλ.* subsequantur, patet. In ceteris autem libris pro *καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων* legitur *καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν.* Itaque in archetypo verisimile est ita

ἄλλων

scriptum fuisse: *καὶ τῶν πολιτῶν*, cum pronomen *ἄλλων* errore omissum adderetur. Deinde vox in ***dF*** et ***ab*** ita ut legebatur in versum recepta est, librarius autem generis ***ek*** consulto scilicet *καὶ τῶν* adiecit. At Weidnerus cur dicat quidem etiam *ἄλλων* spurium esse, certum est, neque enim concedere vult ***ek*** solum corruptum esse, sed cur pronomen delendum sit, neque ego intelligo neque ille ostendit. — § 75 orator acta publica verbis effert: *καλὸν ἡ τῶν δημοσίων γραμμάτων φυλακή· ἀκίνητον γάρ ἐστι καὶ οὐ συμμεταπίπτει τοῖς αὐτομολοῦσιν ἐν τῇ πολιτείᾳ.* Libri ***e k l*** inter *τοῖς* et *αὐτομολοῦσιν* interpositum habent *ἀντιμεταβαλλομένοις*, quod participium, si Aeschines ita dixisset, idem significaret atque *αὐτομολοῦσιν*, quod sequitur. Quare in archetypo generis ***ek*** id interpretandi causa adscriptum fuisse sumo, ita tamen ut *ἀντὶ μεταβαλλομένοις* legeretur, quod scholio: *οἱονεὶ* .... *μεταβάλλουσιν ἑαυτοῖς* indicatur. — § 124 codices ***e h l*** ad *ἐν ῥητῷ χρόνῳ* articulum *τῷ* falso addiderunt, cum de hoc tempore Aeschines antea nihil dixerit. Mendum errore librarii factum videtur. — Incredibili vero negligentia in libris ***h k l*** § 259 post verba *τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον* eadem verba, non respecto sententiarum nexu, repetita sunt, quae paullo ante exstant: *ἐπιδημήσαντ' εἰς τὴν πόλιν πρόξενον ὄντα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων.* Repetitis verbis *τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον* librarium in errorem inductum esse manifestum est.

Porro quaeramus, quae additamenta binis codicum generibus communia sint. Atque ***dF*** et ***ab*** generum inveni haec: — § 11 codices ***a c d F g h m n z Vat. Laur. Barb. Abb. Flor.*** exhibent verba *εἰ δή τις ἐστὶ μέτριος ἐπὶ τῶν τὰ παράνομα γραφόντων;* ceteri praepositionem *ἐπὶ*, quae in sententiam non quadrat, omittunt. Tale

mendum nisi casu in verba irrepere non posse, C. Scheibius (Jahn. Annall. vol. 68 p. 153) recte monuit; sed ob hanc causam pro *ἐστὶ μέτριος* scribere *μέτριος ἐστί* contra fidem omnium codicum audacius est. Nonne enim ex aliquo glossemate praepositio superesse potest? — Re vera Demosthenem rationibus referendis obnoxium fuisse, cum Ctesiphon scitum illud rogaret, Aeschines § 24 ex tabulis publicis edocere conatur. Quare *καί μοι*, inquit, *ἀνάγνωθι, ἐπὶ τίνος ἄρχοντος καὶ ποίου μηνὸς καὶ ἐν τίνι ἡμέρᾳ καὶ ἐν ποίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐχειροτονήθη Δημοσθένης τὴν ἀρχὴν τὴν ἐπὶ τῷ θεωρικῷ.* In omnibus libris praeter ***e l k Laur.*** addita sunt verba: *ὅτι μεσοῦντα τὴν ἀρχὴν ἔγραψεν αὐτὸν στεφανοῦν ἀναγίγνωσκε* (***c d F h Barb.*** *ἀναγιγνώσκετε*). Id additamentum ineptum esse nemo non videt. Neque enim Aeschines demonstrare vult Demosthenem eodem tempore, quo Ctesiphon ad populum tulisset, ut eum coronaret, munere functum esse, sed nondum rationes rettulisse, ut e verbis cognoscere licet: *ὅτι δ' ὄντως ἦν ὑπεύθυνος ὁ Δημοσθένης, ὅθ' οὗτος εἰσήνεγκε τὸ ψήφισμα, ἀρχήν, ἄρχων δὲ τὴν τῶν τειχοποιῶν, οὐδετέρας δέ πω τῶν ἀρχῶν τούτων λόγον ὑμῖν οὐδ' εὐθύνας δεδωκώς, ταῦτ' ἤδη πειράσομαι ὑμᾶς διδάσκειν.* Atque hoc optime demonstrari potuit, si tempus definiebatur, quo Demosthenes creatus erat, quoniam tempus unius cuiusque muneris, quamdiu esset sustinendum, constitutum erat et intra triginta dies, postquam eo abdicatum erat, rationes reposcebantur. Ergo verba *ὅτι* .... *γιγνώσκετε* sunt glossema, quod etiam codice ***k*** indicatur, qui ea in margine et pro imperativo *ἀναγίγνωσκε* indicativum *ἀναγιγνώσκεται* exhibet. Genus vero ***ab*** indicativum *ἀναγιγνώσκεται*, qui erat in archetypo, mutavit in *ἀναγίγνωσκε*, contra genus ***dF*** nihil mutavit, nisi quod errore scribendi *ε* pro *αι* posuit. — § 62 omnes libri praeter ***e k l*** post verba: *ἔγραψε Φιλοκράτης ἐξεῖναι Φιλίππῳ δεῦρο κήρυκα καὶ πρέσβεις πέμπειν περὶ εἰρήνης* addiderunt: *καὶ συμμαχίας.* Sed Philocrates ad populum tulit, ut Philippo tantum de pace legatos mittendi copia daretur; illud autem *καὶ περὶ συμμαχίας* Demosthenes in suo scito adiecit, ut verbis demonstratur primum § 68: *ἐνταῦθ' ἕτερον ψήφισμα νικᾷ Δημοσθένης, ἐν ᾧ γράφει μὴ μόνον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ἀλλὰ καὶ συμμαχίας ὑμᾶς βουλεύσασθαι;* deinde §§ 64—65: *ἐπράττετο γὰρ* .... *πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην* .... *πρῶτον μὲν ὅπως* .... *ἰδίᾳ ποιήσησθε τὴν εἰρήνην, δεύτερον δ' ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον.* Deni-

que in or. II § 13 de eodem Philocratis scito legitur: *δίδωσι ψήφισμα Φιλοκράτης* .... *ἐξεῖναι Φιλίππῳ δεῦρο κήρυκα καὶ πρέσβεις πέμπειν ὑπὲρ εἰρήνης.* Benselerus autem, qui generibus ***ab*** et ***dF*** nimis fidit, simili modo, quo or. II § 13 *κήρυκας* defendit, ad hunc locum or. III § 62: Doch ist, inquit, der Ausdruck des Aeschines hier ein allgemeiner über jenen Antrag des Philokrates für: es solle ihm gestattet sein, Friedensunterhandlungen anzuknüpfen, aus denen dann auch das Bündniss hervorging. Sed quis putet Aeschinem, ubi exponit, quae scita Philocrates fecerit, quae Demosthenes, cum demonstrare velit Demosthenem plura tulisse quam Philocratem — conferas enim verba §§ 60—61: *ἐὰν αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς ἐγκαταλαμβάνῃ τὸν Δημοσθένην πλείω μὲν γεγραφότα ψηφίσματα Φιλοκράτους περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης καὶ συμμαχίας* .... *δεήσομαι ὑμῶν κτλ.* — quis igitur putet Aeschinem hoc ipso loco notiones pacis et foederis, quae in hac re prorsus discernendae sunt, ita confudisse? Itaque non dubito, quin verba ex § 61 huc translata sint. — § 209 post verba *ὁ δὲ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ποῖ καταφύγῃ, Δημόσθενες;* codices ***a c d F g m n q z Barb. Flor.*** pergunt *ἢ πρὸς ποίαν συμμάχων παρασκευήν; πρὸς ποῖα χρήματα;* Particula *ἢ* tollenda est, nam verbis *πρὸς ποίαν* .... *χρήματα* non aliae quaestiones continentur quam prior est, sed eae, quae priorem explicent. Orta autem ea est littera *Π* praepositionis *πρὸς* duplicata. Si quis enim consilio particulam addidisset, idem etiam aliis huius § locis facile fecisset.

Transeamus ad colligenda generum ***dF*** et ***ek*** additamenta. — § 19 articulus *τοὺς* ante *τὰς πατρῴας οὐσίας* .... *ἀνηλοκότας* in codicibus ***e F h k l q Barb.*** non recte adscriptus est. Nam his verbis eidem significantur, qui supra accusativo *τοὺς τριηράρχους* indicantur, ut participium praedicative dictum sit neque articulum sibi adiungat. — § 138 ad nomen *Θρασύβουλος* in omnibus codicibus praeter ***a g m n z Vat. Laur. Flor.*** additum est *οὗτος στρατηγός* et paullo infra § 139 post *ἡδίων* in eisdem *ῥήτωρ καὶ οὗτος.* Haec scholia esse tam perspicuum est, ut documenta afferre non opus sit. Nec minus certum est primum, ut simile aliquid generis ***dF*** hoc loco commemorem, vocem eiusdem § 139 *ῥήτωρ* ante *Πύῤῥανδρος* in codicibus ***c d F q*** spuriam esse, deinde in omnibus codicibus *δημαγωγὸς* ante *Ἀριστοφῶν.* Haec autem omnia a margine, ubi in nonnullis libris exstant, negligentia in verba illata

sunt, non consilio. — § 167 Aeschines Demostheni, qui se Lacedaemonios et Thessalos et Perrhaebos sollicitavisse dixerat, si codices ***a b*** sequimur, respondet: *σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσειας; κτλ.* Sed in ***dF*** et ***ek*** aliquid vario modo additum est. Codices enim ***e h k*** pro *σὺ γὰρ* exhibent: *σὺ Θετταλοὺς ἀφιστάναι οὐ γὰρ*, codices ***l Laur.***: *σὺ Θεσσαλοὺς ἀφιστάναι σὺ γὰρ*, codices ***Fq Barb.***: *σὺ Θετταλοὺς ἀποστήσειας*, cod. ***d***: *σὺ Θετταλοὺς ἀφιστήσειας.* Atque haec verba recipi nequaquam posse manifestum est. Nam si orator ante *σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσειας;* verba Demosthenis ironice repetiisset, non modo nomen Thessalorum repetere, sed etiam Lacedaemonios et Perrhaebos addere debuit. Videmus autem librarium cod. ***F*** verba ita, ut invenit, in versum recepisse; voluit enim is, qui ea addidit, dicere oratorem quaestione: *σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσειας;* eodem modo sententiam Demosthenis negare, ac si nominibus gentium repetitis quaereret: *σὺ γὰρ ἂν τὰ Λακωνικὰ καὶ Θετταλοὺς καὶ Πεῤῥαιβοὺς ἀποστήσειας.* Ac ne in ***d*** quidem librarius quidquam mutavit, nisi quod infinitivo post verba *Θετταλοὺς καὶ Πεῤῥαιβοὺς* posito in errorem inductus eundem infinitivum post alterum *Θετταλοὺς* scribere incepit, deinde vero in optativum deflexit: *ἀφιστ-ήσειας.* Neque enim id, quod vir quidam doctissimus suspicatus est, in archetypo libri ***d*** eadem verba quae in genere ***ek*** scripta fuisse et librarium syllabas *-άναι; οὐ γὰρ ἂν κώμην ἀποστ-* transiluisse verisimile mihi videtur, quod verba *ἂν κώμην ἀποστήσειας* et ea sine particulis *οὐ γὰρ* sequuntur. Contra librarius gen. ***ek*** verba *σὺ Θετταλοὺς ἀποστήσειας, σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσειας* primum, quod frigidiora erant, deinde, quod particula *ἂν* deerat, correxit, cum *σὺ Θετταλοὺς ἀφιστάναι; οὐ γὰρ κτλ.* scripsit. — § 222 post verba *περὶ τῶν τριακοσίων* in codicibus ***c d e F k l Barb. Flor.*** appositum est *νεῶν.* Sed Demosthenem de trecentis illis opulentissimis legem tulisse, non de navibus trecentis Frankius (Actt. societ. graec. vol. II p. 26) et Sauppius (Epist. crit. ad God. Herm. p. 129 sq.) tam accurate exposuerunt, ut non habeam, quod addam. Itaque vocem nescio quis adscripsit, qui, cum in hac § de navibus agi videret, etiam numero *τριακοσίων* naves significari putaverit.

Restat, ut de additamentis, quae generibus ***ab*** et ***ek*** communia sunt, disputemus. — § 195 orator de accusatione Thrasybuli loquitur, quae verba in codicibus praeter ***d F q Barb.*** ita tradita sunt: *Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν*

Στειριᾶ στεφανοῦν ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς, καὶ εἷλε κτλ. Verbum *στεφανοῦν* in libris ***d F q Barb.*** omissum est; ita enim, quae Schultzius de libro ***F*** dicit, intelligo, qui affert: „*ἕνα* ***d q Barb.*** et prior ***F*** (*στεφανοῦν* est glossa in ***F***)“, ut sec. ***F*** in margine verbum posuisse videatur neque ea, quae tradita erant, corrupisse. Atque illud *στεφανοῦν* recte abesse Sauppius Ep. crit. p. 128 sq. docuit, cum Thrasybulus ab Archino non, quod ad populum tulisset, ut quemquam coronaret, sed quod aliquid *ἀπροβούλευτον*, quod Athenienses vocant, rogavisset, accusatus esset. Ac ne hoc quidem non assentior, infinitivum a quopiam adscriptum esse, unde penderet accusativus *ἕνα*, cum hanc vocem de Thrasybulo ipso esse intelligendam nesciret. — In fine § 204 in omnibus libris praeter ***c d F q Barb.*** post verba *τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων* exstat *λέγω*, quod Bremius, Frankius, Weidnerus retinent, editores Turicenses et Schultzius delent. Sed, cum orator § 203 et § 204, quo ordine dixerit, paucis verbis comprehendat, si perspicere volumus, num *λέγω* in tempore praesenti recte dictum sit, verba harum §§ cum ordine, quo per hanc orationem Aeschines locutus est, comparare debemus. Ac primum quidem dicit § 203: *ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὺς νόμους ἐπέδειξα ἀπαγορεύοντας μὴ στεφανοῦν τοὺς ὑπευθύνους, ἔπειτα τὸν ῥήτορ' ἐξήλεγξα γράψαντα Δημοσθένην ὄντα στεφανοῦν οὐδὲν προβαλλόμενον, οὐδὲ προσεγγράψαντα „ἐπειδὰν δῷ τὰς εὐθύνας“ ἀλλὰ παντελῶς καὶ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καταπεφρονηκότα· καὶ τὰς ἐσομένας πρὸς ταῦτα προφάσεις εἶπον, ἃς ἀξιῶ καὶ ὑμᾶς διαμνημονεύειν.* Haec omnia exstant §§ 9—31. Deinde sequuntur verba: *δεύτερον δ' ὑμῖν διεξῆλθον τοὺς περὶ τῶν κηρυγμάτων νόμους, ἐν οἷς διαῤῥήδην ἀπείρηται τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας· ὁ δὲ ῥήτωρ ὁ φεύγων τὴν γραφὴν οὐ τοὺς νόμους μόνον παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀναῤῥήσεως καὶ τὸν τόπον, κελεύων οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ θεάτρῳ τὴν ἀνάῤῥησιν γίγνεσθαι, οὐδ' ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ μελλόντων τραγῳδῶν εἰσιέναι.* De his rebus §§ 32—48 agitur. Tum Aeschines: *ταῦτα*, inquit, *δ' εἰπὼν μικρὰ μὲν περὶ τῶν ἰδίων εἶπον*, quod fecit §§ 51—53. Pergit denique: *τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων* (*λέγω*), quae pars §§ 54—167 continetur. Atque Bremius verbum *λέγω* defendit, quod orator ex eo argumento paullo ante digressus sit. Sed inde a § 168 usque ad § 176 de eis agit, quae adversarii contradicturi sint. Deinde §§ 177—215 praemonet iudices,

ut caveant, atque hortatur. Tum usque ad § 229, quo modo se ipsum oppugnaturi sint, affert. Denique usque ad finem exponit nullam esse causam, cur Ctesiphon liberetur, neque enim adiutam a Demosthene esse patriam, sed proditam. Quo igitur iure ea esse digressio dici potest, cum Aeschines ad scelera publica nunquam redeat? Itaque verba *τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων* ad praeteritum tempus pertinent et *λέγω* inducendum est. Valde autem, ut hoc unum addam, defendendi via a Weidnero inita mihi displicet, qui „Praesens autem", inquit, „tempus maxime adcommodatum est, quod orator in hac extrema parte accusationis vixdum absoluta quodammodo (!) etiam nunc versari videtur". Immo apposuit verbum, qui similiter lapsus atque editores illi etiam in his §§ Aeschinem de sceleribus publicis Demosthenis agere putavit.

Postremo huius partis loco superest, ut quaeratur, quae ratio inter priorem et alteram manum codicis ***F*** intercedat. Ac primum quidem, quae prior manus omisit et secunda recte addidit, sunt haec: § 10: *οἱ* (om. ***m n z*** et pr. ***F***); § 21: *τὰς* (om. pr. ***F***); § 77: *ἀπολέσας* (om. ***a h*** et pr. ***F***); § 78: *τὰ* (om. pr. ***F***); § 81: *τῶν φίλων* (om. pr. ***F***); § 86: *χάριτας, ἀλλ' ἐπειδὴ διέβητε* (om. pr. ***F*** et pr. ***Laur.***); § 89: *διαλιπών* (om. pr. ***F***); § 95: *γὰρ* (om. pr. ***F***); § 101: *φησὶ* (om. ***a*** et pr. ***F***); § 110: *καὶ* (om. pr. ***F***). Huc accedit locus, ubi secunda manus additamentum prioris delevit. § enim 81 prior manus codicis ***F*** cum cod. ***h***, quod neque constructio neque sententia intellecta est, inter *πονηρὸς* et *πιστὸς* particulam *καὶ* interposuit, secunda manus sustulit. Ipsa autem secunda manus nihil addidit falsi, nisi quod § 195, ut supra vidimus, verbum *στεφανοῦν* in margine videtur adscripsisse. Ac ne cui, quod ultra § 110 solam § 195 attuli, mirum sit, inde ab illa § secundam manum perraro aliquid mutasse neque quidquam verbis addidisse aut ex eis sustulisse scito.

Haec in libris orationum Aeschinis spuria inesse mihi persuasum est; pauca sane, si comparo cum eis, quae homines docti huius aetatis eiici fere iubent. Sed in hac re, maxime si quid de auctoritate codicum ex eis concludere volumus, cavendum est, ut tantum, quae retineri nequeunt, tollamus neve quidquam, ut saepe recentiores critici faciunt, hac una de causa, quod salva sententia abici possit, deleamus.

His igitur expeditis ad alteram quaestionis partem transeo, qua classes additamentorum, quoad fieri possit, constituuntur. Atque in hac re nequidquam laboraveris, nisi cognoscere poteris, quo modo ei, qui singulos libros tradiderunt, in addendo versati sint, cum hac sola ratione auctoritas codicum ex additamentis ponderari possit. Quare non intelligo, quem ad finem Schultzius (praefat. p. XII) genera additamentorum enumeret, cum singulorum codicum rationem non habeat. Si quis enim ex additamentis cognoscere voluerit, quatenus codice aliquo fidere possimus, ei ante omnia quaerendum erit, utrum is, qui eum exaravit, verba scriptoris ut invenit ita describere an ex ingenio mutare voluerit, quoniam liber eius, qui sciens verba mutavit, minoris est pretii. Quare in classibus constituendis inde proficiscendum videtur, ut quaeratur, primum quaenam additamenta mera negligentia in verba illata sint, deinde quaenam consilio. Sed quamquam non superest alia ratio tamen haec distributio non omnia additamenta complectitur, quia non pauca sunt, de quibus, utri classi rectius attribuantur, dubitetur. — Neque Madvigius in libro adversariorum criticorum aliam rationem commendat, sed ex additamentis, quae dubia sunt, iusto plura consilio cum verbis coniuncta esse opinatus non satis ab erroribus sibi cavit. Conferas quaeso interpolationes, quae vol. I p. 82—92 verbis scriptoris data opera adiectae esse ei videntur. Exempli gratia duos locos ex illa disputatione affero. — Pag. 84 locum e Platonis rei public. I p. 363 A sumit, ubi sic scribitur: *ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσαπερ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι ἀπὸ τοῦ εὐδοκιμεῖν ὄντα τῷ ἀδίκῳ.* In omnibus codicibus pro *τῷ ἀδίκῳ* exstat *τῷ δικαίῳ.* „Id", Madvigius inquit, „non corrigendum violenter erat, sed tollendum". Quocunque modo hoc se habet, certe, si *τῷ δικαίῳ* additamentum est, non constat id consulto cum verbis Platonis coniunctum esse; nonne enim ab aliquo homine in margine adscriptum vel superscriptum fuisse et inde in verba irrepsisse potest, ut Aeschin. or. I § 138 *κακῶν καὶ ἀγαθῶν* genus ***ab*** in versu, codex autem ***q*** in margine exhibet, aut ut or. III § 195 verbum *στεφανοῦν* exstat in margine cod. ***F***, in ceteris autem codicibus in verba oratoris receptum est, quod ex eadem causa, ac supra *τῷ δικαίῳ*, quod aliquid deesse videbatur, appositum et optime ad structuram aptatum est. Atque idem de participio *δοκούσης* dicendum est, quod Madvigius (p. 88) in Plutarch. vit. Pyrrhi c. 22

post verba *Λιβύης ἐγγὺς εἶναι* delet. Cum igitur, si quid structurae accomodatum est, id consilio cum verbis coniunctum esse non temere censere debeamus, priusquam genera additamentorum singulis classibus attribuuntur, indicia conquirantur, quibus certum aut certe verisimillimum est, utri classi singula additamenta adnumeranda sint.

Ac dubitari nequit, quin loci additamentis non consulto corrupti sint:

I: si primo obtutu mendum errore scribendi factum esse liquet.

II: si id, quod additum est, quo pertineat, nullo modo intelligitur, aut si eo structura turbatur.

III: si voce apposita alia vox declaratur aut corrigitur. Neque enim quisquam interpretationem sciens in verba quasi infercit, ut tautologia fiat.

IV: si eadem spuria vox in aliis codicibus inter verba invenitur, in aliis super versum aut in margine; — cum, quod super versum aut in margine exstat, facile in verba scriptoris irrepat, cogitari autem nequeat quidquam e verbis alio transferri.

V: si qua notio in enunciato, quia deesse videbatur, addita iterum in margine eiusdem libri exstat, ut scholii locum teneat. Neque enim quisquam, si additamentum prius affuisset, scholium, quo idem dicitur, adscripsisset; sin autem scholium prius aderat, cui eandem notionem in versum insinuare in mentem venit?

Postremo ea additamenta priori classi tribuerim, quibus notio continetur non absona illa quidem ab instituta loci totius sententia, sed quae aliis ex causis ferri nequeat neque, cur cuiquam deesse visa sit, facilem habeat explicatum. Talia enim additamenta, cum iusta corrigendi causa non appareat, non Aeschinis verborum restituendorum causa adscripta esse patet, sed aut a margine in verba irrepsisse aut sola voluptate fallendi ab aliquo inter verba interposita esse. Quamquam hoc alterum factum esse cave suspiceris, nisi argumento probare possis. Nam ut saepe libri ab hominibus posterioribus priorum scriptoribus aetatum supponuntur, ita admodum raro singuli loci, si minus in poëmatis at in oratione, tam fraudulento modo corrumpuntur, ut hanc fallendi libidinem existimare debeamus procul afuisse, nisi alia argumenta rem confirment.

Talia igitur additamenta negligentia cum verbis coniuncta esse putabimus.

Contra librarium studio emendandi et consilio verba scriptorum falso additamento inquinavisse censeo:

I: si, quod structuram primo obtutu non perspexit, quantocius particulam aliquam ingessit idque loco intellectu tam facili, ut, si codicem caute tractare voluisset, talem voculam aut super versum vel in margine adscribere solitus esset aut omnino non adscripsisset.

II: si id, quod interpretandi causa superscriptum vel in margine adscriptum erat, particula adhibita cum verbis oratoris coniunxit.

III: si verba spuria non uno loco interposuit, sed pluribus quasi intexuit, aut si ob ea scriptoris verba mutavit.

Ubicunque autem nullum horum indiciorum invenitur, dubium est, utrum additamentum negligentia an consilio in verba scriptoris illatum sit.

Haec igitur indicia spectantes iam eos locos colligamus, qui negligentia corrupti sunt, ita tamen ut menda, in quae librarii facilius inciderunt, antecedant eis, quae difficilius fiunt. Nam ex hac norma libri in hac re aestimandi sunt. Alia ratione infra in colligendis additamentis consilio factis utemur, ubi quaerendum est, quibusnam maior, quibus minor vis verbis scriptoris illata sit. — Atque facillime aliquid bis ponitur dittographia, quod primum fit, si litterae duplicantur, ut or. III § 209 in codicibus ***a c d F g m n q z Barb. Flor.*** ex littera duplicata *Π* praepositionis *πρὸς* particula *Ἢ* orta est; deinde si verba modo scripta paullo infra repetuntur, maxime cum aliqua vox a scriptore ipso repetita librarium in errorem inducit. Conferas or. III § 259, ubi librarius codicum ***h k l***, cum in antecedenti § verba *ἐπιδημήσαντ' εἰς τὴν πόλιν πρόξενον ὄντα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων* illud *τὸ ἐκ Μήδων χρυσίον* sequantur, eadem post idem repetivit. Nulla autem voce fallente, sed oculis aberrantibus repetita sunt or. II § 156 *τῶν λόγων* post *τοὺς νέους* in libris ***e h k l Flor.*** et pr. ***F***, et or. I § 127 *λόγον* in omnibus libris; in genere autem ***ab*** etiam articulus appositus est. Quamquam non ubique forma repetitae vocis mansit immutata, ut or. III § 67 additamentum codicum ***c d F h q Barb.*** *πρέσβεων*

docet, quod ex superiore nominativo *πρέσβεις* ortum est. Rarius accidit, ut oculis aberrantibus etiam ex eis, quae sequuntur, verba petantur. Affero ex or. I § 75 *τί χρὴ λέγειν;* etiam hoc loco in genere ***ab***, quod verba *τί χρὴ λέγειν, Τίμαρχε, τί ἂν εἴποις........ τί χρὴ λέγειν* horridiora videbantur, *τί δεῖ λέγειν ἢ τί σὺ ἂν εἴποις* scriptum est. Nec minus facile quam dittographia usitatae voculae in verba influunt consuetudine usus, ut or. III § 127 articulus *τῷ* inter *ἐν* et *ῥητῷ χρόνῳ* in codicibus ***e h l*** et § 19 *τοὺς* ante *τὰς πατρῴας οὐσίας........ ἀνηλωκότας* in codicibus ***e F h k l q Barb.*** et or. I § 127 *καὶ* ante *ἀψευδής* in ***dF*** atque eadem particula in eodem genere or. I § 74 ante *τὸν εἰσεληλυθότ' ὅστις ἦν.* Denique etiam id, quod falsum est et superscripto vel adscripto verbo emendatum, facillime retineri or. II § 178 verbis generis ***ab*** *τῶν ὅλων λόγων* ostenditur, cum, ut supra vidimus, falsum *ὅλων* substantivo *λόγων* correctum sit. — Minus facile e margine additamenta, cum librarii ea vera scriptoris verba esse putent, in verba errore irrepunt; sed etiam in hoc genere discrimina facienda sunt. Ac levissimum mendum horum est, si additamentum speciem veri habet, ut nihil offensionis primo obtutu aut in structura esse videatur aut in sententia. Conferas or. III § 138, ubi nomini *Θρασύβουλος* libri praeter ***a g m n z*** addiderunt *οὗτος στρατηγός.* Quod ***Vat.*** ea in margine exhibet, ostendit, ut supra vidimus, ea non consilio in versum illata esse. Atque idem de additamentis proximae § dicendum est, ubi primum eidem libri verba *ῥήτωρ καὶ οὗτος* post *ἡδίων* exhibent, librarii autem ***Vat.*** et ***Laur.*** in margine adscripserunt, deinde *δημαγωγὸς* et *ῥήτωρ* exstant, hoc ante *Πύῤῥανδρος* in codicibus ***c d F q***, scholiis ***Vat.*** et ***Laur.*** *ῥήτωρ καὶ οὗτος* exhibentibus, illud in omnibus codicibus, in ***Vat.*** et ***Laur.*** scholio *δημαγωγὸς διάσημος* adscripto. Accedunt or. II, § 180 verba *κακῷ ὄντι* dativis *τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ* in genere ***ab*** et ***i*** apposita; ea enim negligentia e scholio in versum influxisse indicat simile scholion voci *λογογράφῳ* in eisdem generibus codicum adscriptum: *οἷον φιλοδίκῳ καὶ κακοπράγμονι* (cf. quae de indiciis supra dixi). Atque eodem modo se res habet de additamento or. II § 173: *τοξότας,* quod in codicibus praeter ***a e h l s Flor.*** et pr. ***F*** invenitur, cum in compluribus eorundem codicum scholiis legatur: *Σκύθας δὲ οἱονεὶ τοξότας,* et or. III § 165 de verbo *στεφανοῦν*, quod cod. ***F*** in margine exhibet, ceteri in versu, et or. I § 138 de verbis

κακῶν καὶ ἀγαθῶν, quae codices praeter ***d F t Barb. Abb.*** in versu posuerunt, ***q*** autem in margine. Speciem veri etiam or. III § 252 illud *ἢ ἀπέθανεν* omnium codicum habet, quo aliquis antecedens *ὑπερώριστ' ἂν* interpretatus est. Sed interdum additamenta inveniuntur, quae, cum in eis per se non offendatur neque in margine indicium corruptionis exstet neque tamen, si absunt, ab ullo quidquam desiderari possit, nisi casu alicunde in verba irrepserunt, sola libidine fallendi adiecta sunt. Quod cum putare non oporteat, nisi certa argumenta adsunt, maxime cum pauca horum exemplorum exstant, talia additamenta eis, quae casu in verba inciderunt, adnumeraverim. Sunt autem in Aeschinis orationibus haec: or. III § 69: *τῇ ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα* in omnibus libris, or. I, § 143 in genere ***ab***: *ἦν γὰρ ὀπούντιος*, or. I in fine § 196 illa verba generis ***dF***: *εἰ οὖν βουλήσεσθε .... τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν.* Nec minus denique verisimile est or. I § 33 in genere ***ab*** verba *γὰρ νόμον ἐθήκατε καινὸν* negligentia in versum irrepsisse, neque enim quisquam interpretationem grammaticam sciens verbis scriptoris inculcat. — Paullo vero gravius est mendum, si, quamquam in structura non offenditur, tamen sententia additamenti inepta esse statim cognoscitur, ut or. II § 104, ubi verba *ἐν τῷ ψηφίσματι* in omnibus codicibus post *παῤῥησίας* in versum irrepserunt, et § 112, ubi in codice ***i*** structura verborum *σπογγιᾶς οἶμαι τὸν ἔπαινον ὑπολαμβάνων τοῦτον εἶναι* per se non falsa est, sed verbum *οἶμαι* tollendum esse nemo non videt. Hoc loco etiam verba or. III § 24 commemoranda sunt: *ὅτι μεσοῦντα τὴν ἀρχὴν ἔγραψεν αὐτὸν στεφανοῦν ἀναγιγνώσκεται* (ita enim in scholio scriptum fuisse ex codice ***k*** cognoscimus, qui ea ita in margine posuit), quae librarius generis ***dF***, cum tantum *τε* pro *ται* non recte intelligeret, per negligentiam immutata recepit, contra librarius generis ***ab***, cum *ἀναγίγνωσκε* scriberet, sciens correxit, ut infra de eis iterum nobis dicendum sit. Saepius hoc genus additamentorum ita invenitur, ut verbum, quod interpretandi causa alii verbo appositum est, in enunciatum inferatur, quo tautologia fit. Quo modo or. III § 47 in omnibus libris genetivum *τῶν στεφανούντων* interpretatio *ἢ τοῖς στεφανοῦσιν*, § 27 verba *τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων* interpretatio *ἐπὶ τὰ τείχη* sequitur, § autem 75 inter articulum *τοῖς* et *αὐτομολοῦσιν* in codicibus ***e k l*** *ἀντιμεταβαλλομένοις* interpositum est. Atque non modo sententia additi verbi, quamquam id ad structuram aptatum est,

non recta est, sed omnino, quid verbum sibi velit, non intelligitur his locis: or. I § 134 accusativus αὐτοὺς post υἱεῖς in codicibus ***d F Barb. Abb.***, or. II § 182 dativus εὐεργέτῃ post τῷ κινδύνῳ in ***a g h m s v Vat. Laur.***, or III § 11 praepositio ἐπὶ ante genetivum in ***a c d F q h m n z Vat. Laur. Barb. Abb. Flor.*** — Gravissimum vero huius classis mendum est, cum summam levitatem vel inscitiam indicet, si additamento vel structura interrumpitur. Ita or. III § 153 inter verba νομίσαϑ' .... τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάρρησιν μέλλουσαν γίγνεσϑαι et καὶ λογίσασϑε in codice ***a*** ἀπαγορεύοι, et or. III § 183 inter οἳ πολὺν πόνον ὑπομείναντες et καὶ μεγάλους κινδύνους in codicibus ***a g m n Laur.*** χρόνον invenitur, et or. II § 14 καὶ τὸ τελευταῖον ἀποφεύγει κεφάλαιον in codice ***e***, κεφάλαιον autem ante ἀποφεύγει in codicibus ***l s***. Accedit or. II § 68 dativus τῷ γραμματεῖ inter verba εἰ δῷ et ἐπιψηφίσασϑαι (ἐπιψηφίσαι) τοῖς προέδροις in omnibus libris, et or. II § 147 infinitivus εἰληφέναι post verba ἀριστεύειν δ' ἐν τοῖς κινδύνοις in codice ***i***. Denique or. III § 167 verba codicum ***d F q Barb.*** σὺ ϑετταλοὺς ἀποστήσειας (***d***: ἀφιστήσειας) in structuram non quadrant, certe enim particula ἂν desideratur; genus autem ***ek*** emendatione, ut infra videbimus, ea structurae accommodavit.

Haec additamenta certe negligentia vel inscitia in verba illata sunt. Sed priusquam ad ea transeam, quae consilio inculcata sunt, nonnullos locos afferre libet, qui inter priorem et alteram classem interponendi sunt. Interdum enim verba marginis ad constructionem verborum scriptoris aptantur et cum ea coniunguntur, ut librarium, etiamsi locum additamentis corrumpere noluit, cum illa verba esse scriptoris putaret, tamen correctione usum tantopere ad arbitrium egisse appareat, ut tale additamentum ab eo, quod consulto adiectum est, non multum differat. Ita or. III § 24 illa verba ὅτι μεσοῦντα τὴν ἀρχὴν ἔγραψεν αὐτὸν στεφανοῦν ἀναγιγνώσκεται, quae in ***dF*** non correcta esse supra vidimus, in genere ***ab***, cum ὅτι .... στεφανοῦν ἀναγίγνωσκε scriberetur, in structuram huius loci de industria recepta sunt. — Gravius vitium est, si non modo additamentum, sed ob id etiam verba scriptoris mutantur, ut or. III § 167, ubi pro σὺ ϑετταλοὺς ἀποστήσειας σὺ γάρ, quae librarius generis ***dF*** immutata recepit, codices ***e h k*** tradunt: σὺ ϑετταλοὺς ἀφιστάναι οὐ γάρ. Nec minus vitiosum est, si, ut additamentum retineatur, verba scriptoris tolluntur. Vide or. III

§ 61 illud παρ' ἐκείνου, quod in codicibus ***e k l*** inter τοὺς et πρέσβεις praetermissum est, ne, cum spuria notio οὐκ ἀναμείναντα sequatur, sententia turbetur.

Iam ea, quae consulto addita sunt, ita colligamus, ut ei loci, quibus minor libido librariorum comparet, locis maiore libidine corruptis anteeant. Ac levissimum horum vitiorum est, si particulae, quod structura, quamquam non contorta neque difficilis erat, tamen non intelligebatur, levitate quadam a librario, qui non diu consideravit, additae sunt. Inspicias quaeso or. II § 133, ubi librarius codicis ***e***: Προξένῳ καὶ τῷ στρατηγῷ, codicis ***l***: Προξένῳ καὶ τοὺς στρατηγοὺς pro Προξένῳ τῷ στρατηγῷ scripsit; et eiusdem orationis § 74, ubi omnes libri praeter ***e k l s v*** particulam καὶ inter τῶν τάφων et τῶν προγόνων non recte interposuerunt. Deinde codices ***c d F Barb.*** or. III § 206 καὶ inter verba ὑπὲρ τῆς πόλεως et περὶ τῆς τάξεως non recte exhibent. § 56 vero huius orationis in libris ***e k l***, quod pronomen omissum ἄλλων super substantivum πολιτῶν scriptum erat neque structura intelligebatur, pro καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν traditum est καὶ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων. Denique § 81 in codice ***h*** et priore manu codicis ***F*** inter adiectiva πονηρὸς et πιστὸς particula καὶ non recte addita est. — Paullo autem gravius vitium fit, si quis particulam addit, qua aliquid vel superscriptum vel in margine positum cum verbis coniungat, ut or. I § 128 τὴν πόλιν et or. II § 96 τῆς πρεσβείας, quae, postquam interpretandi causa apposita sunt, in omnibus codicibus particula καὶ cum verbis Aeschinis sunt coniuncta. — Maxima vero licentia addendi ea, quae deesse videntur, statuenda est, si verba additamenti veris quasi intexuntur ita, ut ea non uno loco sed pluribus interposita sint. Conferas or. I § 75 genus codicum ***ab***, in quo, verbis τί χρὴ λέγειν in archetypo dittographia bis positis, non modo superiore loco pro χρὴ synonymum, quod graece dicitur, δεῖ scriptum est, sed etiam pro Τίμαρχε, τί ἂν εἴποις limatius Τίμαρχε ἢ τί σὺ ἂν εἴποις sequitur. Simili modo § 116 in genere ***ab*** ἀκοῦσαι ἐφ' ante verba οἷς ἐγὼ μέλλω λέγειν et καὶ post ea additum est. Denique or. II, § 145 in libris ***e k l s*** et priore manu codicis ***F*** dativus τῇ φήμῃ, cum pro τῶν δὲ συκοφαντῶν scriberetur τῇ δὲ φήμῃ τῶν συκοφαντῶν, inculcatus est.

Haec igitur additamenta altera alteri classi attribuere non dubitavi; sed multa restant, de quibus, cum, utrum a margine vel

aliunde in verba irrepserint an voluntate mutandi cum verbis coniuncta sint, nulla re indicetur, quidquam certum non dixerim. — Ac primum quidem particulas affero spurias, quae, cum in enunciatis intellectu difficilioribus exstent quam ut eas levitate quadam a librario, qui non diu consideravit, in verba studio emendandi inculcatas esse contendere possimus, utrum superscriptae vel in margine adscriptae in versum influxerint an verbis scriptoris ipsis additae sint, probari nequit. Vide or. II § 169 *καὶ* inter *δευρὶ* et (*τὰ*) *περὶ* et or. II § 177 *καὶ* inter *καθιστᾶσι* et *τὸ μὲν* in omnibus codicibus. — Sed dubitatur etiam de aliis verbis, quae addita sunt, cum constructio non intelligeretur. Conferas or. I § 5 *κολάζειν* post *βεβιωκότας* in omnibus libris, or. II § 14 *ἐπέθηκεν* inter *τίμημ'* et *ἑκατὸν τάλαντα* in omnibus libris praeter ***e k l s***, or III § 207 *τῆς πόλεως* post *ἔξω* in codicibus ***c d F q Barb.*** — Sententiarum vero, quod aliquid deesse videbatur, non structurarum emendationes persaepe ex superioribus locis desumptas nescimus utri classi adscribamus has: or. I § 8 post *ἡλικιῶν*: *οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων*, et in eadem § post *οἱ νόμοι*: *περὶ τῆς πόλεως*, et or. I § 55 *ὁ τοῖτον ἀνειληφὼς* post *Ἡγήσανδρος* [omn. libr.]; or. I § 73 *αὐτὸς* ante *μαρτυρήσῃ* [***d F h q Barb. Abb.***]; or. I § 191 *τοῖς νέοις* post *παρακελεύεται* [***dF***]; — deinde or. II § 23 *ὁ τοὺς φόρους τάξας*, quo Aristides designetur, or. II § 33 *ὁ Φιλίππου πατὴρ* post *ἀπέστη*, or. II § 51 *μνημονικὸς καὶ* ante *δεινὸς εἶναι*, or. II § 156 *τῶν λόγων*, quod verbis *τὰς δ' ἀνοσίους ταύτας τέχνας* appositum est, [omn. libr.]; or. II § 72 *ζῆν* post verba *ἐξέλιπον δὲ Χερρόνησον*, et or. II § 172 *καὶ πεισθέντες* post *ὑπό τινων* [***i***]; — denique or. III § 61 *οὐ παραμείναντα* vel *οὐκ ἀναμείναντα* post *πρέσβεις*, [omn. codd., ***ek*** vero, verbis prioribus *παρ' ἐκείνου*, ne in sententia offendatur, deletis]; or. III § 130 *φυλάξασθαι* post *σημεῖον* [omn. libr.]; or. III § 62 *καὶ συμμαχίας* post *περὶ εἰρήνης* [omn. libr. praeter ***e k l***]; or. III § 222 *νεῶν* post *τῶν τριακοσίων* [***c d e F k l Barb. Flor.***]; or. III § 204 *λέγω* post *ἀδικημάτων* [omn. codd. praeter ***c d F q B***].

Sed haec de classibus additamentorum hactenus. Reliquum est, ut, quae in hac re auctoritas codicibus, maxime codici ***F*** tribuenda sit, quaeratur. Atque primum eos spurios locos, qui omnibus libris communes sunt, afferemus, deinde de singulis codicibus ita disputabimus, ut de eis, qui quasi principes generum singulorum sunt, quid

iudicandum sit, dicamus. In omnibus autem libris exstant primum scripturae menda his locis: or. I § 127, § 75; deinde additamenta a margine vel aliunde sive negligentia sive inscitia illata: or. II § 104, § 68, or. III § 139, § 252, § 69, § 47, § 27; tum voces consilio additae, quibus glossemata in verba transferrentur: or. I § 128, or. II § 96. Denique utrum consilio aliquid an casu additum sit, diiudicari nequit or. I § 5, § 8 duobus locis, § 55, or. II § 169, § 177, § 23, § 33, § 51, § 156, or. III § 61, § 130. Videmus igitur iam archetypum aut valde corruptum fuisse aut multis locis tam male scriptum, ut librarii facillime omnes in eadem vitia inducerentur.

Sed si quaeritur, quaenam singulis, qui nobis traditi sunt, codicibus inter se auctoritas tribuenda sit, ea additamenta, quae omnibus libris communia sunt, respicere non iam opus est. Itaque eis quae sequuntur tantum eorum vitiorum, quae singuli exhibent codices, genera et numeri inter se comparabuntur. Sed hoc mihi praemittendum est, me in codice ***F*** alteram manum, cum melior priore sit, ut supra demonstravimus, ubicunque exstat, secuturum esse neque quidquam pro additamento habiturum, quod ea sublatum est.

Atque in prima oratione casu facta sunt additamenta in codice ***F*** quattuor: duo (§ 127 et § 74) errore scribendi, duo (§ 196 et § 134), cum inscitia a margine vel aliunde influerent; in codice ***a*** tria (§ 33, § 138, § 143), quae alicubi exstantia inscitia recepta sunt. Consulto quidquam additum esse in codice ***F*** demonstrari nequit; in codice autem ***a*** duo adiecta sunt (§ 75 et § 116) et ea artificiose verbis intexta. Denique dubii sunt in codice ***F*** duo loci (§ 73 et § 191), in ***a*** nullus. Itaque de prima oratione haec statuerim, librarium codicis ***F*** hanc orationem paullo maiore negligentia vel inscitia descripsisse quam librarium codicis ***a***, sed illum, quamquam, ut in initio huius quaestionis ostendimus, ei in pronominibus et praepositionibus huic orationi addendis non nimis fidere debemus, tamen minore libidine quam librarium codicis ***a*** verba scriptoris additamentis corrupisse. — In secunda oratione casu in codice ***F*** uno loco et eo tantum secunda manu — quod solum in omnibus orationibus mendum huius manus est — aliquid e margine in verba illatum est (§ 173); in codice autem ***a*** illata sunt tria: unum errore scribendi (§ 178), duo (§ 180 et § 182), quae vel superscripta vel in margine adscripta erant. Deinde librarius codicis ***e*** duo, alterum (§ 156) dittographia, alterum (sub finem § 14) ali-

cunde inscitia, non recte addidit. Denique in codice ***i*** quattuor additamenta (§ 180, § 173, § 112, § 147) negligentia alicunde in verba influxerunt. Voluntate autem addendi in codicibus hi loci depravati sunt. Primum in codicibus ***F a i*** uno loco (§ 74), cum structura non statim intelligeretur, levitate quadam particula καὶ interposita est, ut vocula iam in archetypo fuisse et in codice ***e*** negligentia aut consilio omissa videatur. Deinde ipse librarius codicis ***e*** ex arbitrio duobus locis falsa addidit: § 133 eandem particulam καί, quod constructio primo obtutu non licuit, § vero 145, cum duo verba veris scriptoris intexuit. Dubitatur denique de uno loco librorum ***F a i*** (in initio § 14) et praeterea de duobus libri ***i*** (§§ 72 et 172). Itaque librarius codicis ***F*** secundam orationem minore indiligentia transscripsit quam ceteri, quorum negligentissimus est is, qui codicem ***i*** scripsit. Maxima vero libidine addendi usus est librarius codicis ***e*** et fortasse codicis ***i***, cum liber ***F*** in hac re libro ***a*** non inferior sit. — Denique in tertia oratione casu additamenta in verba irrepserunt in codice ***F*** novem, quorum tria (§ 209, § 67, § 19) errore scribendi facta sunt, sex (§ 138, § 139, § 139, § 24, § 11, § 167) inscitia alicunde illata; in codice ***a*** quinque, unum (§ 209) mendo scripturae, quattuor (§ 195, § 11, § 153, § 183), cum alicubi prope versus legerentur et pro veris haberentur; in codice ***e*** sex, cum duobus locis (§ 124 et § 19) aliquid consuetudine, quattuor autem locis (§ 138, § 139, § 195, § 75) a margine vel aliunde influeret. Consilium vero addendi aut certe mutandi, cum ea, quae in margine exstabant, structurae verborum Aeschinis accommodata sint, codices his locis indicant: codex ***F*** uno loco (§ 206), librario particulam καὶ non recte desiderante; codex ***a*** uno loco (§ 24), glossemate ad constructionem aptato; codex ***e*** tribus locis, duobus (§ 167 et § 61), cum, ut aliquid, quod adscriptum erat, recipi posset, etiam verba oratoris mutata sint, uno loco (§ 56), cum structura non sit intellecta. Dubii autem in singulis libris terni sunt loci (in ***F*** § 207, § 62, § 222, in ***a*** § 195, § 62, § 204, in ***e*** § 195, § 222, § 204). Igitur, quod attinet ad tertiam orationem, codex ***F*** indiligentius scriptus est quam ***a*** et ***e***, qui in hoc mendorum genere fere pares sunt. Sed libido addendi magna inerat in librario codicis ***e***, non ita magna in eis, qui codices ***F*** et ***a*** tractaverunt.

Ut autem, quae ratio in addendo inter codices intercedat, uno aspectu percipiatur, uti mihi liceat hac tabula:

Additamenta exstant (eis, quae omnibus libris communia sunt, exceptis) in

	F:			***a***:			***e***:		***i***:
or.	I	II	III	I	II	III	II	III	II
casu	4	1	9	3	3	5	2	6	4
consilio	—	1	1	2	1	1	2	3	1
ita ut dubitetur . . .	2	1	3	—	1	3	—	3	3

Haec igitur, ut paucis comprehendam, quaestione me illustravisse putaverim: primum in codice ***F*** secundam orationem minus quam in ceteris libris additamentis depravatam esse, deinde primam negligentius scriptam quam in codice ***a***, tertiam negligentius quam in codicibus ***a*** et ***e***; sed consulto in libro ***F*** primam orationem minus quam in ***a*** inquinatam esse, tertiam autem non magis quam in ***a*** et minus quam in ***e***; denique in secunda oratione codici ***e*** omnino fere eandem auctoritatem tribuendam esse atque ***a*** et codicem ***i*** codice ***e*** deteriorem videri. Postremo hoc monuerim, illa duo consilio facta additamenta libri ***F*** minus gravia esse quam pleraque huius classis in codicibus ***a*** et ***e***. Itaque Cobetus non recte, certe quod attinet ad additamenta, librum ***F*** nequissimum et omnium deterrimum esse affirmavit.

Fortasse hoc loco finem disputationis facere potui. Sed quis instrumenta sibi conquirit neque tamen eis utitur? — Itaque liceat me ea, quae de ratione librorum Aeschinis cognovi, ad emendandas eius orationes conferre. Id ita faciam, ut singulis locis, quibus altera pars librorum non exhibet, quae in altera exstant neque, quomodo Aeschines ipse dixerit, aut ex grammaticis legibus aut ex sententiarum nexu diiudicari potest, eos libros non sequar, quibus, quod tale aliquid tradunt, quale in vitiis eorum crebrioribus esse supra demonstratum est, minor fides habenda est.

In prima autem oratione primum in pronominibus et praepositionibus ponendis generi ***dF*** vidimus minime credi posse. Quare in hoc genere praeter eas voces, quas iam antea commemoravi, ***ab*** sequens has deleo: § 26, 3*) *ὧν ἐγὼ ὀλίγῳ πρότερον . . . . ἐπεμνήσθην;* § 38, 2: *διδάσκειν ὑμᾶς βουλόμενος;* § 60, 3: *ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς* (Bekk. retinuit articulum); § 65, 1: *ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω* (vulg. ante Bekk.); § 74, 2: *παραπλήσια τὰ παραδείγματ' εἶναι* (add. Rsk., Br., Bekk., Dind., Weidn.); § 75, 17: *ἔχῃ καὶ ἑταίρας τὰς πολυτελεστάτας* (add. Rsk., Br.); § 79, 10: *ἔκ του νόμου ἢ τοῦ* (*ἤ του?*) *ψηφίσματος* (add. Rsk., Br., Bekk., Dind., Weidn.); § 87, 5: *διαρρήδην τινὰ μαρτυρεῖν* (add. Rsk., Br., Bekk., Dind., Weidn.); § 88, 3: *τοιαύτην ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδειξιν* (add. Rsk., Br., Bekk. et Weidn., qui *ποιεῖσθαι* omisit); § 91, 8: *τῷ θανάτῳ ζημιοῦνται* (vulg. ante Br.); § 117, 11: *οὐκ ἐλαχίστους* (*ὀλίγους*) *δὲ τῶν ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος;* § 131, 6: *ἐξ ἀνδρίας τινός* (vulg. ante Bekk., Weidn.: *ἐξ ἀνανδρίας τινός*, cett.: *ἐξ ἀνανδρίας*, quod probaverim); § 146, 1: *εἴδωλον ἐφίσταται τοῦ Πατρόκλου* (*τὸ* scrips. Rsk., Br., BS., Weidn.); § 148, 2: *τὰ περὶ τῆς τοῦ Ἕκτορος;* § 157, 2: *τὸν τοῦ Ἰφικράτους* (vulg. ante Br.); — § 92, 13: *ἐξ ὧν αὐτοὶ συνίσασι* (quod Rsk., Br., Weidn. recep.); § 154, 17: *ὑπὲρ αὐτῶν ψηφιεῖσθαι, περὶ ὧν* (Weidn. *ὑπὲρ αὐτῶν* om. et *περὶ* retin.); § 164, 6: *ἐμισθώσατο . . . . ἐπὶ ἀργυρίου*

***) Alter numerus significat adnotationem editionis Schultzianae.**

(si ***dF*** in praepositionibus scribendis sequi possemus, certe *ἐπὶ ἀργυρίῳ* scribere debuimus ut § 184: *τὴν αὑτῶν ἀναίδειαν παρασχόντες ἐπὶ μισθῷ*).

Deinde complures loci sunt, quibus utrum ***dF*** vera scriptoris verba consulto omiserit an ***ab*** falsa consulto addiderit, dubites. Alterutrum autem factum esse apparet; nam, quominus in tali interpolatione offenderetur, simul verba scriptoris mutata sunt. Quoniam scimus librarium generis ***ab*** saepius scientem additamenta adscripsisse, in ***dF*** autem ut multa omissa sunt ita nusquam consilio quidquam deletum esse demonstrari potest, illis locis auctoritatem generis ***dF*** sequimur. Res exemplo explanetur. § 26, 7 codices ***d F Barb. Abb.*** *οὑτοσὶ δὲ*, ceteri fere omnes *Τίμαρχος δὲ οὑτοσὶ* exhibent. Aut igitur Aeschines scripsit *Τίμαρχος δὲ οὑτοσὶ* et a librario generis ***dF***, ut *Τίμαρχος* tolli posset, *δὲ* pronomini *οὑτοσὶ* postpositum est aut scripsit *οὑτοσὶ δὲ* et librarius generis ***ab*** nomen adscripsit eamque ob causam particulam praeposuit pronomini. Hoc, ut vidimus, vitium in ***ab*** saepius invenitur, illud in ***dF*** nusquam, itaque *Τίμαρχος* inducendum est et *δὲ* invertendum. Ex eadem causa § 34, 6 et 8, de quo loco editores adhuc dissentiunt, cum ***dF*** scribi volo *τὸν γὰρ περὶ τῆς προεδρίας τῶν φυλῶν νόμον Τίμαρχος οὑτοσὶ*, quod Bekk., Dind., Weidn. scribunt et alii defendunt (vide Progr. schol. Afr. a. 1859 p. 36), pro *καὶ τὸν περὶ . . . . νόμον, ὃν Τίμαρχος οὑτοσὶ* generis ***ab***; et § 72, 4 et 5: *ὥστ' ἀμνημονεῖν ὀλίγῳ πρότερον ἀκούσαντας* (***b F Barb. Abb.***, vulg. ante Br.) *ἀναγιγνωσκομένων τῶν νόμων* pro *ὥστ' ἀμνημονεῖν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατ'* (cett.) *ἀναγιγνωσκομένων τῶν νόμων;* et § 96, 4: *κατέφαγεν* (***d F g Barb. Abb.***, Schultz. et Weidn. probante Frankio), non *κατέφαγε τὰ πατρῷα*, quod ceteri tradiderunt. Deinde malim § 27, 1: *εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶν ἐστρατηγηκότων υἱὸς* pro *εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶ τῶν ἐστρατηγηκότων υἱός;* § 97, 9: *ὧν ἕκαστος τούτῳ δύ' ὀβολοὺς ἀπέφερε* (***dF***, vulg. ante Br.), non *ἀποφορὰν ἔφερε* (***ab***); § 102, 3: *ὃς ἔστι καὶ νῦν* (***dF***, vulg. ante Br.), non *ὃς ἔτι καὶ νῦν ἔστι* (cett.).

Addo locum, ubi ***dF***, quamquam pronomen primo obtutu consulto neque recte videtur addidisse, tamen, si errorem scribendi exceperis, vera tradidisse persuasum habeo; dico § 149, ubi ***ab*** exhibet *ἀναγίγνωσκε δὴ* (*δὲ* ***b g m o p t Laur. Abb.***) *ἃ περὶ τοῦ ὁμοτάφους αὐτοὺς γενέσθαι λέγει;* ***dF*** autem *ἀναγίγνωσκε δὴ τὰ περὶ τοῦ ὁμοτάφους αὐτοὺς γενέσθαι ἃ λέγει.* In verbis generis ***ab*** non

offenditur. Sed quod ***dF*** nihil consulto addere scimus neque tamen hoc loco quae tradidit ferri possunt, eo adducor, ut aliud coniiciam. Putaverim enim in pronomine *τὰ* generis ***dF*** illud *καὶ* latere, quod particula *δὲ* codicum ***b g m o p t Laur. Abb.*** indicatur iamque a Bekkero additum est, et Aeschinem *ἀναγίγνωσκε δὲ* (Bekk. *δὲ καὶ ἅ*) *καὶ περὶ τοῦ ὁμοτάφους αὐτοὺς γενέσθαι ἃ λέγει κτλ.* prolepsi dixisse,*) in ***ab*** vero verba scriptoris ex arbitrio mutata esse. — Item § 6, 6, quod secundam manum cod. ***F*** nusquam falsa addidisse supra cognovimus, post *καλῶς* voculas *καὶ εὖ*, quae ab ***ab*** absunt, cum ***dF*** retineo.

Denique superest, ut de verbis in ***dF*** omissis *αὐτὸν* et *τὸν πάτροκλον* § 143, de quibus me sub finem disputationis iudicaturum esse supra (p. 12) pollicitus sum, dicam. Quaeritur autem, utrum aut *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι γὰρ* aut *τὸν πάτροκλον* post *ἀπάξειν* delendum sit an neutrum. Si *αὐτὸν* et *τὸν πάτροκλον* retinemus, pronomen *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι* significare necesse est „ipsum" ad Achillem spectans; quod, quamquam potest cogitari, tamen mirum est atque eo magis, quod ne in Homeri quidem versu sequenti: *φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν* ipse Achilles Patroclum reducturus esse praedicatur. Itaque aut *τὸν πάτροκλον* afuisse ab archetypo, ita ut *αὐτὸν* ad *Πάτροκλον* prioris versus spectaret, aut pronomen ipsum non scriptum fuisse putaverim. Hoc alterum verisimilius est, quod generi ***dF*** ut in addendis pronominibus ita etiam in omittendis diffidere debemus.**)

In secunda oratione omnibus fere dubiis locis incertum est, utrum, si quid additum est, id casu in verba inciderit, an consilio adscriptum sit. Quare hoc discrimine in hac oratione non facto***) illis locis libros ***F a e i*** ita sequemur, ut uni ***F***, qui omnino addi-

---

*) Cf. or. II § 60 *ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὸ τῶν συμμάχων δόγμα, τί λέγει.*

**) Cf. in Schultzii ed. §§ 29, 16; 31, 6; 39, 4; 40, 13; 41, 1; 44, 1; 44, 19; 48, 11; 56, 6; 57, 14 et 16; 67, 10 et 13; 81, 5; 83, 3 et 10; 85, 2; 87, 1; 88, 3; 89, 8; 90, 15; 95, 5; 95, 16; 100, 18; 107, 8; 109, 9; 110, 2; 120, 6; 140, 4; 143, 7; 144, 2; 153, 11; 154, 14; 158, 1 et 14; 161, 12; 165, 3; 169, 6; 170, 15; 177, 1; 191, 6.

***) Paucos locos, quibus, utrum consilio (ut § 171, 8 et § 111, 1) an casu (ut § 39, 1) aliquid additum vel omissum sit, non dubitatur, ceteris insero, quod, sive eos seorsim tractamus sive confundimus, ad eandum sententiam pervenimus.

tamentis minus quam ceteri depravatus est, fidamus, si aut cum duobus librorum ***a e i*** consentit, ut tres libri quarto oppositi sint, aut cum uno quidem consentit, ceterorum vero lectio librorum ea est, ut inter crebriora eorum vitia facile referri possit.

Itaque primum quae in solo codice ***e*** vel genere ***ek*** exstant, quamquam in eis per se non offenditur, deleo: § 67, 10: *κατὰ τὸ τοῦ Δημοσθένους ψήφισμα;* § 90, 11: *ἐπιστολὴ Χάρητος;* § 113, 6: *οἱ Ἀθηναῖοι;* § 118, 9: *ὁ Φίλιππος* (quod Weidn. recepit). — Retineo autem ea dubia verba, quae in ***e*** solo omittuntur, atque id eo magis, quod manifestum est in genere ***ek*** persaepe aliquid omissum esse.*) Scribas igitur § 3, 6: *πολὺ ἀφεστάναι;* § 4, 10: *κατηγόρει μου;* § 5, 6: *τῶν δικαζόντων ὑμῶν;* § 6. 4: *ἐν τῇ αὐτῇ πόλει;* § 9. 10: *ἐκβεβληκέναι δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς* (Bekk.. Dind., Reisk., Brem., Weidn. *καὶ* deleverunt); § 10, 4: *καὶ κραυγῆς πολλῆς;* § 10, 6: *τὸ θηρίον φυλάξασθαι* (Bekk. *τὸ θηρίον* uncis inclus., Weidn. delev.); § 12, 22: *προσείλεσθε;* § 14, 11: *τὴν ἡμέραν ὅλην ἀπολογούμενος* (Weidn. *ὅλην* om.); § 18, 4: *ἑλέσθαι πρέσβεις ὑμᾶς πρὸς Φίλιππον* (Weidn. *ὑμᾶς* om.); § 19, 10: *τίς ἦν Φιλοκράτους ἑταῖρος;* § 23, 11: *οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προίεται* (quae Weidn. om.); § 39, 10: *ὥστε καὶ κληθέντων ἡμῶν;* § 44, 4: *προπηλακίζων οὗτος καὶ διαβάλλων;* § 46, 7: *θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον* (*στεφάνῳ* delev. Bekk. et Dind.); § 47, 5: *λόγους .... συγκειμένους ὑμῖν ἐρεῖν;* § 48, 2: *ὅτι καὶ μνημονικῶς* (*καὶ* Reisk., Brem., Bekk., Dind. om.); § 59, 13: *τὰ ψηφίσματα ἂν παράσχῃ* (*ἂν* om. Weidn.); § 59, 15: *ἐν ᾧ σὺ φὴς ὄντα χρόνῳ;* § 60, 14: *κατὰ τὸν νόμον;* § 66, 13: *τί δὲ καὶ βουλόμενος;* § 70, 3: *τὴν μὲν γὰρ ἀρχήν;* § 111, 12: *συμπαρήξειν ἐφ'*

---

*) Cf. § 1, 12: *τὴν;* § 4, 4: *εἰς;* § 6, 2: *ἐφάνη;* § 10, 11: *τοῖς;* § 11. 6: *ἐπειδὴ* (id consulto omissum esse constat, cum sequens *εἶπον* in ***ek*** in *εἰπόντες* mutatum sit); § 13, 14: *καὶ;* § 14, 6: *ἢ;* § 18, 11: *Φιλοκράτους;* § 21, 8; *ἡμῶν;* § 21, 14: *τῶν;* § 21, 17: *μὲν;* § 22. 17: *ὅταν — πρεσβυτάτους;* § 27, 8: *δὲ;* § 37, 2 et 4: *μὲν .... δὲ;* § 41, 6: *καὶ τοὺς — ἐγκωμιάζων;* § 42, 2: *δὲ;* § 49, 12: *ἢ;* § 60, 17: *ὅτι — συμμάχων;* § 61, 13: *ᾧ;* § 62, 12: *δόγμα:* § 63. 10: *μὴ προσέχειν;* § 68, 6: *ἐφ' οἷς;* § 70, 13: *καὶ;* § 71, 3: *τοῖς;* § 71. 8: *ἡγεμόνων — ἀνηλωκέναι;* § 73, 8: *τὸν;* § 76, 5: *τὴν;* § 79, 13: *ἀλλὰ — πόλει;* § 83, 12: *ἐν;* § 87, 7: *οὐκ;* § 88, 3: *ἢ;* § 93, 8: *τοῦ;* § 100, 4: *ὅτι;* § 109, 15: *δὲ;* § 116, 26: *τοῖς Ἀθηναίοις;* § 22, 10: *καὶ;* § 131, 2: *διὰ;* § 132, 6: *μελλόντων;* § 137, 5; *τῇ;* § 137, 7: *καὶ;* § 142, 5: *καὶ;* § 144, 8: *λαοὶ;* § 146, 11: *οὖν;* § 147, 15: *καὶ τέτταρα — τριάκοντα;* § 148, 11: *εἶ;* § 149, 8: *μὲν;* § 152, 12: *τοὺς;* § 158, 11: *μὲν;* 165, 6: *οὐχ;* § 166, 7: *γὰρ;* § 171, 5: *τοὺς;* § 173, 11: *οὐ;* § 174, 6: *μὲν;* § 184, 4: *τῶν.*

offenditur. Sed quod ***dF*** nihil consulto addere scimus neque tamen hoc loco quae tradidit ferri possunt, eo adducor, ut aliud coniiciam. Putaverim enim in pronomine *τὰ* generis ***dF*** illud *καὶ* latere, quod particula *δὲ* codicum ***b g m o p t Laur. Abb.*** indicatur iamque a Bekkero additum est, et Aeschinem *ἀναγίγνωσκε δὲ* (Bekk. *δὲ καὶ ἃ*) *καὶ περὶ τοῦ ὁμοτάφους αὐτοὺς γενέσθαι ἃ λέγει κτλ.* prolepsi dixisse,*) in ***ab*** vero verba scriptoris ex arbitrio mutata esse. — Item § 6, 6, quod secundam manum cod. ***F*** nusquam falsa addidisse supra cognovimus, post *καλῶς* voculas *καὶ εὖ*, quae ab ***ab*** absunt, cum ***dF*** retineo.

Denique superest, ut de verbis in ***dF*** omissis *αὐτὸν* et *τὸν πάτροκλον* § 143, de quibus me sub finem disputationis iudicaturum esse supra (p. 12) pollicitus sum, dicam. Quaeritur autem, utrum aut *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι γὰρ* aut *τὸν πάτροκλον* post *ἀπάξειν* delendum sit an neutrum. Si *αὐτὸν* et *τὸν πάτροκλον* retinemus, pronomen *αὐτὸν* post *ἐπαγγείλασθαι* significare necesse est „ipsum" ad Achillem spectans; quod, quamquam potest cogitari, tamen mirum est atque eo magis, quod ne in Homeri quidem versu sequenti: *φῆν δέ οἱ εἰς Ὀπόεντα περικλυτὸν υἱὸν ἀπάξειν* ipse Achilles Patroclum reducturus esse praedicatur. Itaque aut *τὸν πάτροκλον* afuisse ab archetypo, ita ut *αὐτὸν* ad *Πάτροκλον* prioris versus spectaret, aut pronomen ipsum non scriptum fuisse putaverim. Hoc alterum verisimilius est, quod generi ***dF*** ut in addendis pronominibus ita etiam in omittendis diffidere debemus.**)

In secunda oratione omnibus fere dubiis locis incertum est, utrum, si quid additum est, id casu in verba inciderit, an consilio adscriptum sit. Quare hoc discrimine in hac oratione non facto***) illis locis libros ***F a e i*** ita sequemur, ut uni ***F***, qui omnino addi-

*) Cf. or. II § 60 *ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὸ τῶν συμμάχων δόγμα, τί λέγει.*

**) Cf. in Schultzii ed. §§ 29, 16; 31, 6; 39, 4; 40, 13; 41, 1; 44, 1; 44, 19; 48, 11; 56, 6; 57, 14 et 16; 67, 10 et 13; 81, 5; 83, 3 et 10; 85, 2; 87, 1; 88, 3; 89, 8; 90, 15; 95, 5; 95, 16; 100, 18; 107, 8; 109, 9; 110, 2; 120, 6; 140, 4; 143, 7; 144, 2; 153, 11; 154, 14; 158, 1 et 14; 161, 12; 165, 3; 169, 6; 170, 15; 177, 1; 191, 6.

***) Paucos locos, quibus, utrum consilio (ut § 171, 8 et § 111, 1) an casu (ut § 39, 1) aliquid additum vel omissum sit, non dubitatur, ceteris insero, quod, sive eos seorsim tractamus sive confundimus, ad eandum sententiam pervenimus.

tamentis minus quam ceteri depravatus est, fidamus, si aut cum duobus librorum *a e i* consentit, ut tres libri quarto oppositi sint, aut cum uno quidem consentit, ceterorum vero lectio librorum ea est, ut inter crebriora eorum vitia facile referri possit.

Itaque primum quae in solo codice *e* vel genere *ek* exstant, quamquam in eis per se non offenditur, deleo: § 67, 10: *κατὰ τὸ τοῦ Δημοσθένους ψήφισμα;* § 90, 11: *ἐπιστολὴ Χάρητος;* § 113, 6: *οἱ Ἀθηναῖοι;* § 118, 9: *ὁ Φίλιππος* (quod Weidn. recepit). — Retineo autem ea dubia verba, quae in *e* solo omittuntur, atque id eo magis, quod manifestum est in genere *ek* persaepe aliquid omissum esse.*) Scribas igitur § 3, 6: *πολὺ ἀφεστάναι;* § 4, 10: *κατηγόρει μου;* § 5, 6: *τῶν δικαζόντων ὑμῶν;* § 6, 4: *ἐν τῇ αὐτῇ πόλει;* § 9, 10: *ἐκβεβληκέναι δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς* (Bekk., Dind., Reisk., Brem., Weidn. *καὶ* deleverunt); § 10, 4: *καὶ κραυγῆς πολλῆς;* § 10, 6: *τὸ θηρίον φυλάξασθαι* (Bekk. *τὸ θηρίον* uncis inclus., Weidn. delev.); § 12, 22: *προσείλεσθε;* § 14, 11: *τὴν ἡμέραν ὅλην ἀπολογούμενος* (Weidn. *ὅλην* om.); § 18, 4: *ἑλέσθαι πρέσβεις ὑμᾶς πρὸς Φίλιππον* (Weidn. *ὑμᾶς* om.); § 19, 10: *τίς ἦν Φιλοκράτους ἑταῖρος;* § 23, 11: *οὐδ' ὅθεν τὴν φωνὴν προίεται* (quae Weidn. om.); § 39, 10: *ὥστε καὶ κληθέντων ἡμῶν;* § 44, 4: *προπηλακίζων οὗτος καὶ διαβάλλων;* § 46, 7: *θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον* (*στεφάνῳ* delev. Bekk. et Dind.); § 47, 5: *λόγους .... συγκειμένους ὑμῖν ἐρεῖν;* § 48, 2: *ὅτι καὶ μνημονικῶς* (*καὶ* Reisk., Brem., Bekk., Dind. om.); § 59, 13: *τὰ ψηφίσματα ἂν παράσχῃ* (*ἂν* om. Weidn.); § 59, 15: *ἐν ᾧ σὺ φῂς ὄντα χρόνῳ;* § 60, 14: *κατὰ τὸν νόμον;* § 66, 13: *τί δὲ καὶ βουλόμενος;* § 70, 3: *τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν;* § 111, 12: *συμπαρῄειν ἐφ'*

*) Cf. § 1, 12: *τὴν*; § 4, 4: *εἰς*; § 6, 2: *ἐφάνη*; § 10, 11: *τοῖς*; § 11, 6: *ἐπειδὴ* (id consulto omissum esse constat, cum sequens *εἶπον* in *ek* in *εἰπόντες* mutatum sit); § 13, 14: *καὶ*; § 14, 6: *ἡ*; § 18, 11: *Φιλοκράτους*; § 21, 8; *ἡμῶν*; § 21, 14: *τῶν*; § 21, 17: *μὲν*; § 22. 17: *ὅταν—πρεσβυτάτους*; § 27, 8: *δὲ*; § 37, 2 et 4: *μὲν .... δὲ*; § 41, 6: *καὶ τοὺς—ἐγκωμιάζων*; § 42, 2: *δὲ*; § 49, 12: *ἢ*; § 60, 17: *ὅτι—συμμάχων*; § 61, 13: *ᾧ*; § 62, 12: *δόγμα*; § 63, 10: *μὴ προσέχειν*; § 68, 6: *ἐφ' οἷς*; § 70, 13: *καὶ*; § 71, 3: *τοῖς*; § 71, 8: *ἡγεμόνων—ἀνηλωκέναι*; § 73, 8: *τὸν*; § 76, 5: *τὴν*; § 79, 13: *ἀλλὰ—πόλει*; § 83, 12: *ἐν*; § 87, 7: *οὐκ*; § 88, 3: *ἢ*; § 93, 8: *τοῦ*; § 100, 4: *ὅτι*; § 109, 15: *δὲ*; § 116, 26: *τοῖς Ἀθηναίοις*; § 22, 10: *καὶ*; § 131, 2: *διὰ*; § 132, 6: *μελλόντων*; § 137, 5; *τῇ*; § 137, 7: *καὶ*; § 142, 5: *καὶ*; § 144, 8: *λαοὶ*; § 146, 11: *οὖν*; § 147, 15: *καὶ τέτταρα—τριάκοντα*; § 148, 11: *εἰ*; § 149, 8: *μέν*; § 152, 12: *τοὺς*; § 158, 11: *μὲν*; 165, 6: *οὐχ*; § 166, 7: *γὰρ*; § 171, 5: *τοὺς*; § 173, 11: *οὐ*; § 174, 6: *μὲν*; § 184, 4: *τῶν*.

ἵππου, οὐ καταδὺς εἰς τὸ σκότος, ὥσπερ ἕτεροί τινες, ἀλλὰ φανερῶς ἐπιδεικνύμενος; § 114, 5 et 8: *καὶ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ περὶ Δελφῶν καὶ περὶ τῶν Ἀμφικτυόνων* (Weidn. *τῶν* utrumque om.); § 116, 25: *καὶ Πριηνέα;* § 126, 12: *παρέσται δὲ ἤδη ὁ δήμιος* (Weidn. cum Thom. *ἤδη* om.); § 131, 7: *κατέστησαν μὲν γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν;* § 134, 10: *κάλει μοι τοὺς σπονδοφόρους;* § 137, 2: *πρός τινας ἡμῶν;* § 137, 5: *ὁ Φίλιππος;* § 146, 1: *ἐπὶ πολλοῖς μὲν οὖν......... ἠγανάκτησα;* § 148, 8: *ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν τριάκοντα εἰς Κόρινθον* (BS., Fr., Bens., Schultz., Weidn. *ἐπὶ τῶν τριάκοντα* om.); § 164, 6: *ὡς εἰς οἰκείαν* (Schultz. *εἰς* om.); § 156, 5: *ταύτας τέχνας, ἃς οὗτος πρὸς τοὺς νέους.......... ἆρα μέμνησθε;* (Weidn. *ἃς οὗτος* om. et ante *ἆρα μέμνησθε* interpunxit); § 158, 8; *μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως;* § 160, 1: *ποῖον ἐγὼ ψήφισμα;* § 164, 13: *τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη* (Weidn. *γὰρ* om.); § 168, 9: *ἐν τοῖς ἐπωνύμοις καὶ τοῖς μέρεσιν* (verbis *καὶ τοῖς* in ***e*** omissis Hamaker. Mnemos. VII. p. 474, Schultz., Weidn. *καὶ τοῖς μέρεσιν* delent); § 175, 4: *εἰς τὴν ἀκρόπολιν* (Bekk., Dind. *τὴν* om., Weidn. autem retinuit).

Incertissimus vero huius orationis codex est ***i***. Quare primum sine dubitatione pro falso habeas verba in eo solo tradita haec: § 27, 10: *ἐχειροτόνησαν οἱ Ἀθηναῖοι;* § 29, 9: *ἐξήλασε τὸν Παυσανίαν;* § 39, 1: *καὶ λόγους· εἶπε γὰρ εἰρήνην ποιῆσαι, Φίλιππος;* § 41, 5: *τὴν φύσιν μου μακαρίζων;* § 41, 8: *πολὺς ἦν ἐν τοῖς ἐπαίνοις* (Frank., Schultz., Weidn. *ἐν* receperunt); § 76, 13: *ὃν οἱ πολλοὶ........ ἐμνημόνευον;* § 77, 7: *παραγγέλλειν τῇ πόλει φυλάττεσθαι;* § 81, 6: *ἃ δ' ἤκουσα, εἶπον, ὡς ἤκουσα;* § 82, 20: *ἐν ᾗ ὁ Δημοσθένης;* § 84, 2: *ἀναγνωσθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος τοῖς προέδροις;* § 84, 10: *κατ' ὄνομα καλούντων* (quam lectionem Rsk. et Brem. secuti sunt); § 85, 2: *τοὺς συμπροέδρους τοὺς Δημοσθένους* (Bekk. et Dind. *τοὺς* receper.); § 94, 9: *ἐξομνυμένους ἐμὲ* (Rsk., Br., Bekk. pronom. retinuer.); § 113, 2: *κατὰ τοιαύτην ἀπαιδευσίαν καὶ ἀναισχυντίαν καὶ....... ὑπερβολὴν* (Schultz., qui § 108 confert, *καὶ ἀναισχυντίαν* recepit); § 114, 6: *περὶ τῶν Φωκέων ἱερῶν;* § 117, 2: *ἁπάντων τῶν Ἀμφικτυόνων;* § 117, 5: *εἰς τὴν κρίσιν;* § 122, 7: *ὡς ἐδυνάμην ἐγὼ* (quod Scal. cum ***i*** add.); § 123, 13: *καὶ ὁ Φίλιππος;* § 126, 1: *μαρτυρήσοντές μοι;* § 126, 10: *εἰ συγχωρήσει ταῦτα* (quod Schultz. Vaticano ductus recepit); § 145, 4: *φήμη μὲν γάρ ἐστιν* (Bekk. et Dind. *γὰρ* receperunt); § 147, 14: *ἐκπεσόντι δ' αὐτῷ;* § 150, 1: *ἐτόλμησας δὲ καὶ κατὰ τῶν* (*καὶ* Rsk., Brem., BS., Bens., Schultz., Weidn. receper.); § 152, 4: *οὓς ἐγὼ δεῦρο ἥκω* (Brem., Bekk., Dind., Frank., Bens. adverb. add.); § 155, 10: *αὐτὸν ὑμῖν τὸν Ἀριστοφάνην;* § 155, 13: *τὸν Ὀλύνθιον* (artic. omnes praeter Scal., Frank., Bens., Schultz., Weidn. om.); § 164, 10: *καὶ πάλιν αὐτοὺς ἐσώσατε* (pron. omnes om. praeter Bekk. et Dind.); § 170, 2: *τοῦτο τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα;* § 171, 8: *τῶν καλῶν καὶ τῇ πόλει σωτηρίων;* § 176, 3: *ἔχοντες ἀγαθὰ πάλιν πόλεμον;* § 177, 20: *εἰρήνην, ἐξ ἧς* (pro ᾗ) *ἡ δημοκρατία.*

Sunt quidem nonnulli praeter hos locos, quibus unus codex ***i*** recte cuipiam videatur servasse, quod in ceteris praetermissum est. Ego vero, qui valde interpolatum esse hunc librum cognoverim, ne his quidem locis ipsius Aeschinis verba ab eo tradi putaverim, sed hominis alicuius non indocti coniecturas, qui ipsius archetypi lacunas explere studuerit. Inspicias § 134, 16 et 17 titulum *μαρτυρίαι. ἐπιστολή;* § 177, 21 articulum *ἡ* inter *ᾗ* et *δημοκρατία*. Atque his locis ille librarius recte videtur coniecisse; sed aliter primum de § 92, 4 sentio, ubi inter verba *ὥς φησι Χάρης ὁ στρατηγὸς καὶ* et *ἐπιστολή* in ***i p Vat. Flor.*** articulus *ἡ* additus est. Sane si Aeschines figura, quae hendiadys dicitur, usus est, articulus desideratur. Sed id ipsum, quod ceteri codices omnes *ἡ* omiserünt, nos movet, ut vocem *ἐπιστολή* interpretandi causa in margine adscriptam fuisse et particula *καὶ* cum verbis scriptoris coniunctam esse cum Baitero suspicemur. Deinde etiam § 138, 6 vocula *μήπω* vel, quod editores scribunt, *οὔπω* in ***i*** addita videtur, ut corruptio huius totius § insanabilis aliquo modo obtegatur. Nam interpretatio, qua Schultzius in Mützell. ann. societ. praec. gymn. Berol. a. 1862 p. 241 sqq. et 509 sqq. lectionem defendit, nimis ut ita dicam coacta est.

Nec minor quam additorum verborum in hoc quoque codice numerus est omissorum*). Itaque eo propensiores sumus etiam in hac re semper libros ***Fae*** sequi neque ullo dubio loco in eis falsa addita esse suspicari. Servamus igitur haec: § 9, 12: *ἄνδρα φίλον καὶ σύμμαχον;* § 12, 1: *ἅπαντας γὰρ ἂν ὑμᾶς οἶμαι....... μνημονεύειν* (Bekk. et Dind. *ἂν* uncis inclus., BS. delev.); § 43, 2: *οὔτ' ἂν*

---

*) Cf. §§ 2, 4: **ἂν**; 11, 12: **καί**; 13, 15: **ὁ**; 20, 2: **δι'**; 28, 12: **τὰς**; 37, 1: **ἔφη**; 37, 8: **οἱ**; 48, 3: **καί**; 53, 10: **εἰς**; 60, 22: **titul.**; 62, 15: **τὰς**; 67, 18: **τὰ**; 74, 1: **ἦσαν**; 81, 3: **ἐν τῇ**; 83, 3: **ἐν**; 84, 6: **ἐν**; 103, 1: **περὶ τῶν**; 108, 7: **εἶναι**; 118, 7: **εἶναι**; 118, 5: **οὖν**; 127, 9: **altera pars titul.**; 131, 5: **τὰ**; 133, 14: **καί**; 136, 5: **δὲ**; 147, 12: **μέν**; 155, 7: **γὰρ**; 157, 5: **εἰ**; 157, 9: **οὐ**; 167, 8: **μέν**; 168, 8: **τὰς**; 171, 1: **πρότερον**; 176, 14: **μὴ**; 177, 9: **τὰς**; 179, 6: **μέν.**

οὗτος; § 51, 2: καὶ σκέψασθε δὲ; § 55, 7 et § 61, 18: nomen Δημοσθένους in titulo (quod Bekk., Dind., BS., Frank., Bens., Weidn. omis.); § 61, 2: παρανάγνωθι δή μοι; § 67, 8: περὶ τῆς συμμαχίας (Bekk. et Dind. τῆς delev., Weidn. vero verba περὶ τῆς συμμαχίας — ψήφισμα); § 86, 6: ἐτόλμων τοῦτο ποιεῖν; § 87, 13: τέμνοντας τὰ τόμια; § 88, 2: ἀδίκου γε φυλάξαιτ'; § 88, 11: περὶ Κερσοβλέπτην ἐπ' αὐτοφώρῳ δείξαιμι ψεῦδος ὄν; § 108, 3: παρῆν δὲ ὁ Φίλιππος; § 111, 1: τὴν περὶ αὐτοὺς (Wolf., Frank., Schultz. et Weidn.; τὴν αὑτοῦ Rsk., Brem., Bekk., Dind. cum ***i***; τὴν ἐπ' αὐτοὺς cum ceteris libris praeter ***v Vat. Laur.***, qui τὴν ἐπ' αὐτοῦ exhibent, Scheibius in Jahni Ann. 68, p. 152, BS., Bens.; cur περὶ praepositioni ἐπὶ praetulerim, vide ex Bast. comment. palaeogr. p. 783 sq., quem librum Schultz. contulit); § 132, 10: πρότερον πρὶν ἢ τὴν εἰρήνην γενέσθαι; § 137, 3: περί τε τῆς εἰρήνης; § 147, 12: σὺ μὲν οὖν, ὦ Δημόσθενες (Weidn. ὦ om.); § 149, 12: κατὰ τοὺς νόμους (pro κατὰ νόμον); § 164, 12: καὶ μυρίοις ἄλλοις ἤδη τῶν Ἑλλήνων; § 165, 2: περὶ τῆς στρατείας; § 174, 3: πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους (art. om. Bekk. et Dind., omnia tria verba Weidn.); § 180, 5: ὅσοι μὲν ὑμῶν πατέρες εἰσὶ παίδων; § 183, 4: συνεκλήρωσέ μ' ἀνθρώπῳ συκοφάντῃ. — Tantum uno loco § 92, 6 particula ἂν ab codice ***i*** recte videtur abesse, quam, cum in ***F a e*** inveniatur, iam in archetypo fuisse et ab librario codicis ***i*** coniectura sublatam esse affirmaverim. Weidnerus eam recepit.

Sed etiam ea dubia verba, quae plura unus liber ***a*** tradidit, spuria esse, quamquam ***e*** et ***i*** multa omittunt, censeo, quod in ***F*** paucissimis locis*) aliquid deesse demonstrari potest, liber ***a*** autem, ut supra cognitum est, additamentis satis depravatus est. Ne igitur receperis haec: § 42, 3: ὡς καὶ μνημονικῶς (καὶ omnes add. praeter Rsk., Brem., Bekk., Dind.); § 140, 2: πόλεως ὡς διὰ σὲ τεθορυβημένης; § 172, 11: ὄντος τοῦ προξένου (articul. unus Bensel. addidit).

Paucis tantum locis in ***a*** aliquid deesse manifestum est**) sed tamen hunc librum, ubicunque ab eo aliquid abest, quod in ceteris invenitur, sequi nolim, quod, etiamsi ***e*** et ***i*** magis corrupti sunt quam ***a***, tamen ***F*** certe non plura addidit quam ***a*** omisit et facilius

---

*) § 24, 2: δή; § 61, 16: δέ; § 82, 16: δ'; § 126, 17: δέ; § 146, 7: δεῖ (aspice similitudinem vocularum).

**) § 55, 15, § 85, 3, § 90, 11: titul.; § 151, 6: πώποτε, § 152, 1: δέ; § 166, 13: τῆς; § 182, 6: οὐδ' — τυχών.

verba omittuntur quam adduntur. Quare retinuerim § 34, 12: ἐκπίπτει ἐκ τοῦ λόγου; § 139, 10: οὐ γὰρ δὴ φθονεῖς; § 164, 15: τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι.

Superest, ut de dubiis lectionibus codicum ***e i*** loquar. Ac primum quidem ea verba afferam, quae in ***e i***, non in ***F a*** inveniuntur. Quoniam librum ***i*** additamentis maxime corruptum esse, librum ***e*** non minus quam ceteros constat, in ***F*** autem et ***a*** perraro aliquid deest, vera non agnosco § 7, 4: ποθῆτέ μου ἀκοῦσαι (BS., Frank., Bens., Weidn. pronomen omis.); § 9, 11: τὸν Κερσοβλέπτην; § 15, 12: ἱκετηρίαν θέντες ἐν τῷ δήμῳ; § 19, 11: τίς ἦν ὁ τοῦ Φιλοκράτους ἑταῖρος (et hos articulos et priora ἐν τῷ δήμῳ Rsk., Brem., Bekk., Dind. receper.); § 21, 15: τὸ τοῦ Φιλίππου στόμ'; § 24, 8: ὦ ἄνδρες δικασταί; § 34, 1: ῥηθέντων δὲ καὶ τούτων (Rsk., Brem., Bekk., Dind. καὶ retinuerunt): § 38, 1: ὡς δ' εἰσήλθομεν (ita Bekk., Dind., Weidn. scrips.).

Denique lacunas in libris ***e i*** esse sumo, ubicunque ab eis absunt, quae in ***Fa*** exstant, quod codices ***e*** et ***i***, ut cognitum habemus, multo saepius aliquid omittunt quam ***F*** et ***a*** addunt. Ob eam causam servari velim haec: § 9, 8: ἀπηλλοτριωκέναι δ' ἀφ' ὑμῶν (Weidn. ἀφ' delevit); § 18, 2: ῥηθέντων δὲ τούτων ἐν τῷ δήμῳ (quae idem Weidn. delevit); § 22, 14: περὶ πλείστου δή φησι; § 24, 8: εἰς ὑπερβολὴν πάντας ὑμᾶς (Bekk., Dind., Weidn. πάντας omis.); § 30, 10: ἐπειρώμην διαλύειν (Bekk. et Dind. λύειν scrips.); § 65, 10: ψήφισμα Δημοσθένους et § 85, 3: μαρτυρία τῶν Δημοσθένους συμπροέδρων (quo utroque loco omnes editores praeter Rsk., Brem., Schultz. libros ***e i*** secuti sunt); § 149, 10: πρὸς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα (articul. Bekk., Dind., Weidn. omis.). — Ubicunque ***Fe*** ab ***a i*** aut ***F i*** ab ***a e*** dissentiunt, cum in utraque parte malus codex cum meliore stet, nescio, quam lectionem sequar.

In tertia oratione, quod codex ***F***, si ea, quae consulto adscripta sunt, spectamus, magni, si ea, quae librario non animadvertente inciderunt, minimi aestimandus est, additamenta harum duarum classium non ut in secunda oratione commixta, sed ut in prima oratione, quoad fieri potest, disiuncta tractari oportet. Sunt autem non ita multi loci, ubi ex eis, quae supra statuimus, constat, utri classi, si aliquid additum esse facimus, adnumeremus. Ac primum quidem neque in illo ipso libro ***F*** solo, in quem supra vidimus plura quam

in ceteros casu irrepsisse, neque in *a* quidquam reperimus, quod, si additamentum est, in verba scriptoris librario nesciente incidisse contendi possit. Sed in ***Fa*** pauca huius generis leguntur, neque tamen de eis diiudicem, quod, etiamsi cum in *a* tum in ***F*** verba scriptoris casu aliquo haud raro aucta esse scimus, non minus certum est librum *e* et casu et consulto verba saepissime omisisse.*) Quae autem dubia libri *e* verba, si spuria sunt, librario nolente influxisse apparet,**) ea, quod libro *e* omnino fidem habere non possumus, *a* vero non ita saepe, ***F*** raro aliquid omittunt praetereaque duo libri uni oppositi sunt, sustulerim: § 122, 10: *ἥκειν αὔριον ἅμα τῇ ἡμέρᾳ* (*αὔριον* in margine *Laur.* interpretandi causa verba *ἅμα τῇ ἡμέρᾳ* exstat; Weidn. scripsit *εἰς αὔριον*); § 171, 9: *φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας ἐκ τῆς πόλεως* (***Fm*** verba in margine exhibet; Schultz. et Weidn. ea recep.).

Reliquum est, ut de eis decernam, quae, nisi sunt ab Aeschine, a librario de industria inculcata sunt. Neque quisquam non concedet ea, quae huius generis in ***Fa*** tradita sunt, ex auctoritate codicum a nobis indagata vera esse agnoscenda. Retineri igitur velim: § 87, 11: *ὁ νυνὶ πάντας δεξιούμενος καὶ προσγελῶν* (fac ut *δεξιούμενος καὶ* sint spuria, ea alio modo addita esse cogitare nequeas atque vocis *προςγελῶν* interpretandae causa illud *δεξιούμενος* in

*) Cf. § 9, 8: *τε*; § 9, 12: *μὲν*; § 13, 2: *καὶ*; § 15, 8: titul.; § 26, 3: *ἁπάσας*; § 27, 7: *ἄλλοι*; § 31, 5: *στεφανοῦν—ὑπεύθυνον*; § 41, 10: *δὲ*; § 48, 11: *τὴν*; § 52, 2: *περιάγων*; § 55, 12: *ὁποίου—κατηγορῶ*; § 62, 7: *ὁ*; § 64, 11: *ἄλλων*; § 68, 11: *ἡμᾶς*; § 68, 14: *τὰ*; § 74, 7: *τοῖς*; § 76, 2: *αὐτοῦ*; § 76, 4: *πώποτε*; § 85, 2: *πολλὰ*; § 87, 1: *τὸ*; § 88, 9: *κακὸν*; § 95, 9: *τὰς δ'—τετταράκοντα*; § 105, 3: *ὅτι δὲ—ψήφισμα*; § 109, 4: *ἔχωσαν*; § 110, 4: *καὶ χειρὶ* (§ 109)—*ἀρᾷ*; § 111, 10: *τὸ*; § 112, 6: *γε*; § 117, 2: *εἰπεῖν* (116)—*συνέδριον*; § 120, 2: *τῶν*; § 120, 4: *καὶ*; § 121, 9: *τῶν*; § 125, 10: *καὶ*; § 132, 16: *ἐν Δελφοῖς*; § 140, 4: *ὃν—πόλεμον*; § 141, 4: *τὰ*; § 149, 1: *δὲ*; § 149, 3: *ἰδίᾳ*; § 151, 4: *ἔφη*; § 155, 7: *τῶν*; § 159, 11: *αὐτὸν*; § 165, 11: *ἀπόδειξιν*; § 165, 12: *ποιῆσαι*; § 172, 14: *καὶ*; § 174, 8: *τῶν*; § 175, 10: *καίτοι—γραφαὶ*; § 176, 2: *καὶ*; § 176, 9: *τὸν*; § 177, 9: *γὰρ*; § 179, 7: *δὲ*; § 179, 11: *εἰς*; § 180, 2: *τὸ*; § 180, 9: *μὲν*; § 183, 7: *καὶ*; § 183, 8: *τῇ*; § 185, 11: *τ'*; § 186, 9: *ᾔτησεν—ἔδωκεν*; § 187, 22: *καὶ*; § 188, 6: *τὸν δῆμον*; § 192, 3: *χαλεπώτερον*; § 194, 2: *ποτε*; § 197, 4: *μὴ*; § 202, 7: *ῥήμασι*; § 202, 15: *τὴν*; § 207, 1: *ἀλλὰ*; § 215, 4: *μὲν*; § 225, 5: *μέλλει*; § 232, 1: *καὶ*; § 232, 11: *τοὺς*; § 234, 7: *οὕτω*; § 244, 2: *οὐ*; § 247, 1: *οὖν*; § 249, 2; *ἐν*; § 258, 1: *δὲ*; § 258, 10: *μὲν*; § 259, 4: *τοὺς*.

**) Cf. indicia supra (p. 32—33) a me allata, quibus cognoscitur, quae additamenta casu, quae consilio sint facta.

margine scriptum fuisse et ab aliquo particula *καὶ* consulto cum verbis sciptoris esse coniunctum; cf. simile scholion codd. *Vat. Laur. g*; Weidn. omis.); § 245, 4 et 8: *τὸ δὲ μέγιστον, ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι, πρὸς ποῖον χρὴ παράδειγμ' αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι, τί κρινεῖτε;* (*ἐὰν* et *τί κρινεῖτε* om. Weidn.); § 252, 4: *ἐγένετό τις, ἄχθομαι δὲ πολλάκις, μεμνημένος τὰς ἀτυχίας τῆς πόλεως, ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης, ὃς ἐκπλεῖν εἰς Σάμον ἐπιχειρήσας.......... ἐζημιώθη* (Weidn. cum ***ehkl*** pro *τὰς ἀτυχίας* scripsit *ἀτυχίᾳ* et *ὃς* om.); § 80, 13: *οἱ περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβεύσαντες* (Bekk., Brem., Dind., Weidn. pro *περὶ* cum genetivo accusativum praepositione *περὶ* omissa posuerunt).

Non minus denique mihi persuasum est dubios locos huius generis in ***ek*** exstantes esse reiiciendos: § 16, 8: *κακοῦργον καὶ σοφιστὴν* (Weidn. *κακοῦργον ἄνθρωπον καὶ σοφιστὴν* scrips.); § 124, 2 et 3: *ὅταν τις μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσῃ* (Weidnero tota „ista explanatio vulgaris consuetudinis ut apud Athenienses proposita satis absurda videtur"; ceteri editores praeter Bekk., Brem., Dind. cum ***ab*** et ***dF*** *ὅταν μὴ—συγκαλέσωσιν* scrips.); § 152, 1: *τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν* (ita Bekk., Brem., Dind. scribunt, ceteri, etiam Weidn., *τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν* cum reliquis libris); § 203, 3: *τῶν ἀδικημάτων τῶν δημοσίων* (idem Weidn., ceteri *τῶν δημοσ. ἀδικημάτων*). Ultimo loco reiiciam verba § 206, 4: *εἰς τοὺς ἔξω τοῦ παρανόμου λόγους*. Ita ab editoribus praeter BS., Bens., Schultz., qui Frankium sequuntur et *εἰς τοὺς ...... λόγους* delent, recepta sunt. In ***dF*** *λόγου*, in ***ab*** *λόγους* voculis *εἰς τοὺς* omissis exstat, quod in archetypum, cum vox *λόγος* hac paragrapho saepius legatur, videtur influxisse. Librarius generis ***ek*** videlicet verba sanare studuit. Idem librarius alio loco (§ 4, 1) particulam *καὶ*, quae in archetypo deerat, recte videtur coniecisse nec minus prudenter § 70, 5 *οὖν* omisisse.

Haec ex quaestione supra habita statui posse confidebam, plura non ausim.

Annotatio.

Legendum est p. 8 v. 14 *Utrocunque,* non *Utro autem;* p. 9 v. 30 et p. 12 v. 11 *ab,* non *in;* p. 10 v. 7 *cogitare nemo,* non *cogitari ne-;* p. 33 v. 4 *scriptoris,* non *scriptorum.*